

Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « œuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Humanistes




1.11

f1

DE RATIO NE STVDII PVERILIS,

deçq; uita iuuentutis instituenda,
ac moribus studijsçq; corrigendis,
opuscula diuersorum autorū per-
quam erudita, quæ uersa
pagella enume-
rantur.



BASILEAE,
M. D. XXXIX.

IN HOC OPUSCVLO
contentorum INDEX.

Ioannis Ludouici Viuis Valentini Epistole duæ.	Pag. 9
Eiusdem ad ueram Sapientiam introductio.	37
Satellitium animi, sive symbola.	112
Rodolphi Agricolæ de formando studio Epistola elegan-	
tissima.	159
D. Erasmi Roterodami ratio colligendi exempla.	170
De ratione studij, ac legēdi interpretādīq; autores Lib.	350
Concio de puerō Iesu.	376
Philippi Melanchthonis de corrīgēndis studijs Sermo.	198
Eiusdem adhortatio ad Christianę doctrinā, per Paulum	
prodītæ, studiū.	219
Declamatio de studio artium dicendī.	233
Christophori Hegendorphini de instituenda uita, &c corrīgen-	
dīs morib; iuuentutis, Paræneses.	267
Ochonis Brunfeli de disciplina & puerorum institutione	
Parænesis.	306
Diui Hieronymi institutio puellarū ex epistola ad Lætam.	330
Præcepta generalia ex Socrate, Stobæo, septem Sapientibus,	
& cæteris.	339
Nili episcopi & martyris, gnomæ quædam selectiores.	339
Quo pacto ingenui adolescentes formandi sint, præceptio-	
nes pauculæ, Christiano Theodidacto autore.	405

FB 7166

B A L T H A S A R
L A S I V S A E Q V O
LECTORI S.



XHIBVERE nobis uiri
aliquot boni ac eruditii, Ioannis
Ludouici Viuis, uiri clarissimi,
de studij ratione libellum plane
aureum, obnixè efflagitantes,
uti typis nostris excudendum susciperemus, rati
nos hoc facto nostræ adhuc hebesceti officinæ,
et puerorum rectæ educationi, pariter et mai
rum in liberos studio contentioniq; belle consu
lere. Nos maiorem in modum horum sedulitate
et accuratione propensa, quam in educādis præ
cipue filiolis suis adhibere conabātur, oblectati,
nihil ausi fuimus eiusmodi flagitatorum precibus
recusare, aut quicquameorum consilio reluctari.
Qui semper animum induxi meum, sapienter et
summa cum ratione huic ætati prouidendum, ut
bonas literas, uirtutem, et honestos mores in te
nacris rectè imbiberet annis. Reclissimè namq; Di
minus ille Plato nutrices admonuisse uidetur, ut
ne friuolas ac turpes pueris fabellas mandent, ne
α 2 illorunt

E P I S T O L A.

illorum animos confessim ex initio stultitia &
corruptis moribus imbuant. Pulchre itaq; Pho-
cylides poëta monuit:

Dum tener est gnatus generosos instrue mores.

Hoc etenim certū ac stabile legatum. Nam quū
reliqua momentanea, fugacia, & ludibria quæ-
dam fortunæ sint, virtus profectò constans ceter-
naq; habetur. Quoniam igitur Viuis docendi ra-
tionem quū ad eruditionem, tum ad uitutem pa-
randam impensis profuturam sperauit, formula
eam cuiusdam Enchiridij typis imprimi nostris
curaui. Accesserūt eiusdem argumenti præter in-
stitutum paulatim amicorū consilio reliqui, unde
E R A S M V S Roterdamus omnibus nume-
ris omnium primus, eum, quem uides, locum for-
titus est, qui primum alioqui occupasset. Hoc mi-
hi in primis præter cætera in his de educatione et
studiorū ratione libellis probatur, quod C H R I
S T V M uitæ scopum præfigunt, ad quem iu-
uentus uitam & mores componat. Deum Opt.

Max. precor, ut istam ad hoc im-
pense adiuuet. Vale can-
dide lector.

R E R V M

R E R V M A C V E R
 B O R V M H O C L I B R O
 M E M O R A B I L I V M
 I N D E X.



A	Bsoluta uer- ba	26	corumq; cognomi- na	60
	Accentuum		affectus obstare iudi- cio	102
	Latinæ &			
	Græcæ linguarū di- uersitas	14	affectuum regnū	64
	accentuum ratio	35	de affectibus senten- tiæ	60
	Acronis commētarius		Agasidis Lacedæmo- niorum regis dictū	
	in Horatium	13		
	affectuum uerbi genus			
	eius formæ	25, 26	agricolationum scri- ptores	
	Adiectiva	21		11
	aduerbia	20	Aldi Grammatica	12
	adulatio	98	Hieronymi Aleandri	
	Aeschines	16	tabulæ Græcæ	
	Aesopii fabellæ Græcæ			
	15		alienum quid	132
	ætas alata	132	alimēti gratia nullum	
	Affabilitas	88	facinus admitten- dum	75
	affectus	51		
	affectus animi morbi,		Amare omniū felicissi- mum	

mum	79	mum	79
amarē se quid	104	amor omnia exæquat	
amari omnium tutis-		& communia red-	
simū et iucūdissi-		dit	<i>ibid.</i>
mum	85	amor sui	64.104
amicus inimicus fu-		amor philtra	123
giendus	137	magnum satelli-	
amicus quomodo		tium	<i>ibid.</i>
amandus	136	amorem cogi nō pos-	
amici fideles, poten-		se	130
tissimū satellitium		animus	52
85		animus hominis feli-	
amicorum necessitatī		citatis aut miseriae	
ultra succurren-		fons	112
dum	96	anim⁹ propriæ homo	
amicitia certissimæ		39	
opes	85	animus quomodo læ-	
amicitia uera & dura-		datur	66
tura, tantum inter		animi harmonia uera	
bonos	<i>ibid.</i>	Musica	115
amicitia uitæ sal	113	animi uelocitas	137
de amicitia multa ele-		animi morbi affectus	
gantissima præce-		60	
pta	86	animi partes	52
amor amoris ma-		animi pulchritudo	
gnes	123	115	
amor amorem elicit		animum præter nihil	
85		hominī proprium	
amor erga proxī-		61.133	
		de	

I N D E X.

de animo præcepta		Argus	542
51		Aristides	16
annotandi studium	7.56	Aristophanes	ibid.
annotandi studium		Aristoteles	ibid.
puellæ conueniens	36	arrogantia odiosa	
		93	
annotationes loco-		arrogantia omnis à	
rum communiū	6	studij arcenda	ibi.
anomala	29	ars usu constituta, seu	
Ἀνηπλαργίη	128	nata	12.35
Ἐοινθ ebrietas	148	artes fugienda quæ	
		52.53	
Apellis Coi industria		Astrologia fugienda	
149		52	
appellatiua nomina		assentatio	90
quæ	22	assentatio execranda	
Sidonius Apollinaris		98	
10.36		assentator amicus ini-	
Apollonius de diale-		micus	137
cōtis Græcis	16	assentatores cauendi	
Apollonius tenebri-		93	
cosus	15	attentio lectionis	54
Apulei asinus & Flori		Attilij dictum	148
da	10	Audire multa ut facil	
Arator	12.36	limum, ita & utilis-	
arcani committēdi ra		simum	55
tio	93	auditus, discendi sen-	
argentangia Demo-		sus	ibid.
sthenis	140	Augusti symbolū, Ma-	
		* 4	cura

tura	110	bonis omnia bona	112
D. Augustini opera	36	bona ad quid dicta	138
aures animi fenestræ		bona cur dicta	ibid.
56		bona maxima quæ	46
aurum, nisi utare, à cœ		bonorum appellatio	
no non diffierre	42	40	
autoritatis uis	122	bos moneta, bos in lin-	
autores in primis le-		gua	140
gendi qui	9	Budæi trāslatio in Plu-	
autores puellæ uersan-		rarchi aliquot opu-	
di qui	36	sculis.	17
autores spurci non at-		C	
tingendi	53	Aesaris commen-	
autores studiosis per		taria	10
se legendi	13	Calentij lusus	ibid.
autores interpres ibi.		Calepini dictionariū	
autorum Græcorum		13.37	
lectionis ordo	15	Callipides	118
autorum lectionis ex-		calumniæ nullum re-	
erцитatio	16	medium	149
	18	casus nominum quot	
B		22	
Elli pestis	83	Cato	11
beneficium in quæ		Catonis disticha	31
conferendum	128	Cebetis tabula	16
beneficij meminisse		Ceruianus	121
non qui dat, sed qui		ceruix à frigore custo-	
accipit, debet	127	dienda	48.58
Boni gratia, thesau-		Charitas erga Deū	71
rus	148	charitas	

charitas sola Deo gra-	tur egenis	75
tiosum reddit	christiani poëtæ	36
de Charitate obser-	Cibum sumptuoso que	
uanda	cogitanda	74
Chiromantia fugiēda	post Cibum non stu-	
52	dendum	57
Christ⁹ humani gene-	à Cibo quid agen-	
ris cum Deo pacifi-	dum	75
cator, & salutis no-	ciborum uarietas ho-	
stræ autor	mini pestilens	48
Christus uitæ scopus	Cicero	36
112.152	multum Terentio	
Christi actiones docu-	usus	9
mento nobis pro-	Ciceronis epist., ibid.	
positæ	ad Atticum ibid.	
Christi aduētus causa	ciconiæ beneficium	122
69	Cœna sit modica	57
Christi dictū, Vnum	cœnæ frugalitas	48
necessarium	à Cœna nihil biben-	
Christi gratia & uita	dum	49
Christipax	à Cœna non studen-	
Christi uita, miracula,	dum	57
lex	Cogitatus liber	146
Christi nomē auditū,	colloquio prudentis	
aut epitheton, quo	nulla maior uolu-	
modo cogitādū	ptas	92
Christi patientia	Columella	11
Christo nihil ueri⁹ da-	comitas	88
ri, quam quod da-	cōmentariorū usus	12

commune genus à du-	cōstructionis ratio	15
bio quo differat 21	cōsuetudo, tyrān⁹	148
commune uerbi ge-	contēptibilis nemo	89
nus 27	cōtemptus omnis in-	
compositorum eadē	tolerabilis	ibid.
quæ simplicium de-	contentio in differen-	
clinatio 22	do uitanda	92
cōcordiæ autor Deus	contentio studiorū	6
83	conuiuio quales adhi-	
condiscipuli fratum	bendi	56
loco habendi 5	in cōuiuio qualia esse	
coniugationes uerbo	omnia debeāt	74.75
rum 25	cō cogitationem se-	
cōiunctiones 20	des	130
quasi cōiunctiones ibi.	cor ingenij & mentis	
conscientia 102. 103	sedes	117
conscientia mille te-	cordis humani late-	
stes 147	bræ	81
consciētia murus ahe-	Cornucopię Perotii	
neus 103	13.37	
cōsciētię accusatio 147	corpus animi manci-	
consentiæ fiducia 136	pium	47
consentię quietę ni-	corpus excors fragile	
hil beatius 105	122	
consilij præcipitis co-	corpus hominis qui-	
mes pœnitentia 135	bus conster	39
consilij uires 122	corpus humauū qd	41
constructio syntaxis,	corporis cura quo re-	
puellæ discenda 25	ferenda	47
	corporis	

INDEX.

corporis exercitatio-		Delphiini symbolum
nes	50	118
corporis forma seu		dæmonū supplicia
pulchritudo	44	65
corporis partes cre-		Demosthenes
bro purgandæ que		16
48		Demosthenis argen-
de corpore p̄cepta	47	tangia
crocodilus	118	140
Croni⁹ Cardinalis	121	deponens uerbi ge-
Cubitū ituro quæ co-		nus
gitanda	76	27
quæ ue obseruāda	101	Deus
cultus Dei uerus quis		66, 67
70		Deus iniuriarum uin-
cupiditas insatiabilis		dex
114		101, 102
cupiditati quare non		Deus in quos sit maxi-
seruiendum	63	mè beneficuſ
curiarum foribus qua		65
le dictum inscriben-		Deus unus omnium
dum	151	pater
curiositas	86	83
D		Dei amandi ratio po-
D Anaidū dolii	144	tissima
Declinationes no-		68
minum	23	Dei cognitio & amor
delectatio corporea		ex religione
45		67
		Dei cultus uerus quis
		70
		Dei iniussu nihil in to-
		to mundo geri
		67
		Dei maiestas adoran-
		da, nō scrutanda
		146
		Dei regnum quæren-
		tibus nihil defutu-
		rum
		75
		Dei templū nos esse
		71
		Deo

I N D E X.

D eo gratosum red-	da contentio	92
dit sola charitas	diues opinione nemo	
D eo parēdum	115	
D eum nosse, sapien-	diuitibus quare ceden-	
tię gradus postre-	dum	87
mus.	diuinatrices artes fu-	
D eum rerum omniū	giendae	52
autorem in omni-	diuitiae ad quid	42
bus admirandum,	diuitiae iniurię pigno-	
adorādumq; 67.73	ra	138
D iaboli insidiæ	diuitię que proprię	40
dialogi puellæ, quibus	diuitiarum stulta accu-	
derebus scribendi	mulatio	39
30	diuorum cultus	78
d ies unaquæq; huma-	Doceri à quouis non	
næ uitæ imago	erubescendum	54
differentiæ uocabulo-	D omestici	95
rum ex Valla decer-	D onati commētarius	
ptæ	in Terentium	13
dignitas quid	D ualis numerus Græ-	
dignitates	corum proprius	22
dimidium plus toto	dubium genus	21
125.152		
D iogenis apophthe-	E Brietas madida	
gma	147	
diphthongi	ficca	ibid.
discordiæ autor diabo-	2010	148
lus	Ediscendi ratio	58
in differendo uitam-	ediscendum quotidie	
	ali-	

I N D E X.

aliquid	4	Euripides	16
Egens pauper	116	Exercitationes corpo-	
Emendatio	8	rūs	50
emere malo, quām ro-		exilium quid	129
gare	148	externa bona, non es-	
Enchiridion Erasmi		senostra	45
36		externa omnia uel ad	
Ἐρασμίου Εγγὺς	119	corpus, uel animū	
epicœnum genus	22	referri	48
Epicuri dictum	143		
epitheta	22	F	
Erasmi colloquia	9, 29	Abellæ quales puel-	
Syntaxis	ibid.	lis discendæ	31
Erasmi institutio		faciei, uelum uerecun-	
principis	36	dia	145
errare cuiusuis homi-		facundia prudens	8
nis	55	fama	103
eruditio animi ad qd		fama opibus potior	
comparetur	41	130	
eruditio diuina	53	famæ custodia	46
eruditio ingenij pa-		fames paruo cōstat	151
stus	60	familiares quomodo	
eruditionis fabrican-		faciendi	97
dæ instrumenta	54	& quales	98
de Eruditione præce-		fasces, fasces	137
pta	52	Felicitas unica quæ	112
Etymologiarū usus	30	Fest. Pompej dictio-	
Eucherius Lugdunen-		narium	13
sis	138	festina tarde, Augusti	
		dictum	127
		Fidē-	

Fidendum, non confi-	futurum perfectū	24
dendum	G	
Fides salutis nostrę fun-	Alba à satellitibus	
damentum	proditus	109
fidei donum	Theod. Gaza interpre-	
fidei obseruātia	tum princeps	17
fiducia nimia pedica	Theod. Gazæ gram-	
117	matica	15
finis in re omni spe-	Theod. Gaza de con-	
ctandus	structione	ibid.
L. Florus	Gellius notatus	30
Forma corporis	genera nominum	21
fortitudo quid	uerborum	25
fortuna blanda,hama	genera propter adie-	
ta	ctiuā tantum reper-	
fortuna nō alia quam	ta	22
Deus	generosus quis	40
fortunæ bona, sarcinæ	generositas uirtus, nō	
63	sanguis	120
fortuna temperata q̄	gentilium eruditio ad	
ampla, melior	quid nobis discen-	
fortunæ tibicen uir-	da	53.54
tus	gerundij constructio	
D. Francisci dictū	33	
Frontē perfricare	Griselidis exemplum	
frugalitas in prandio,	31	
aut cœna	Gloria,crocodilus	118
Futura omnia incerta	gloria,flatus	131
145	gloria propriè quę	40
	gloria	

gloria quid	43		n
gloria uitutis umbra		H Abitus,	148
130		Hæreticorum opí	
gloriæ difficultis custo-		niones nostræ reli-	
dia	145	gioni contrariæ, su-	
Græcarum literarum		giendæ	52
prolatio, & Latina-		Hæreticorum	119
rum diuersa	14	Hermolai uersio in	
Græcarum literarum		Themistio	17
studium, eiusq; ra-		Herodianus Politiani	
tio	ibid.	16	
Græcia maximorum		Herodoti translatio	
ingeniorū feracissi-		ibid.	
ma	17	Hesychij lexicon	ibi.
græcitatis fructus	ibid.	habitus	148
græcolatinum lexicon	16	D. Hieronymi episto-	
		lae	36
Græcorum autorum		hippanis fluuius	119
legendorum ordo		historiarum lectio	10
ibid.		Homerus	16
Græcorum interpreta-		homo, animus pro-	
tiones	ibid.	priè	39
grammatica ars ex usu		hominis cōstitutio	ib.
nata	36	homini tria per o-	
Ioannes Græmaticus		mnen uitam medi-	
de Græcis dialectis		tanda	59
16		de hominum conui-	
Grammatici	12	citu	86.87
gratiarum typus	127	hominū discrimin	95
		homi-	

hominibus quomodo		Imitatio teneræ ætatis
utendum	95	propria 35
honor nisi ex uirtute,		imitationis usus in stu-
prauus	43	dijis ibid.
honor quibus deferen-		impatientiæ ex delitijs
dus	87	65.
honor quid	40	imperare officium, nō
honoris usus	88	regnum 133
honores onera	131	imperatiuus modus
Horatius	11	24.
Humanitas pro erudi-		imperium quietū 119
tione	88	impersonalia uerba 32
Hydromantia fugien-		imprudentia despera-
da	52	tiani signum 87
		Indicatiuus modus
I Nconsonans quan-		qui & narratiuus
do	19	23
Iactantia omnis odio		infinitiuus modus 24
sa	93	infinituorum cōstru-
Ientaculi usus	48	ctio 33
Iesu Christi appella-		inflectionum ratio 15
tio sacrosancta de-		inflectio nominum 21
bet esse audienti-		infrenes 140
bus	72	ingenium 52, 54
Ignobilitas non con-		ingenium ferro simi-
temnenda	43	le 148
ignoratio turpis	8	ingenij pastus erudi-
Ignoscere genero-		tio 60
sum	100	ingratitudo immeten-
		tibus

tibus noxia	135	Iosephi exemplum ex sacris literis	32
contra Ingratos lex in Grēcia lata, ibid. (136)		iātā nūquā cōsonās 19	
īnimicus quō odiēdus		Ira	65
īniuria non vindican- da	101	eiusdēq; uiolētia ibid.	
Iniuria obliuione ulci- scenda	135	īra nō armāda ferro 135	
iniuria quō fiat 66 (128)		īra qmodo domāda 66	
īnnocētia maximē tuta		seu placanda 97. 129	
īnnocētia omniū fide- lissima et certiss. prin- cipum custodia 108		irati deformitas 65	
īnnocentiae præsidium securitas 127		irridēdi improbitas 87	
īnsania hilaris 129		Isocrates 16	
īnsignia principū 110		Isocratis orationes ibi.	
īntelligendi uis 51 (34)		Iudiciū homini de ho- mīne quare ademe- rit Christus 81 (38)	
īnterieētio cur sit dicta		iudiciorū deprauatio	
īnterieētiones 20		iurandi uitium 95	
īnter os & offam 145		Iustini historia 36	
īnterpretes autorū 13		iustitia esse gratuita de iūuenib. q; ci- (bet 150	
īnterrogādi sedulitas 8		bus maximē nocēs 59	
īnuerecūdiā nihil dete- stabilius 238		Iuuencus 12. 36	
īnuidia 145			b
īnuidia ex opulētia 131		L Aborandi necessi- tas 203	
īnuidiae cibus, optima		labori pposita omnia	
īnuidiq; uenenū ibi. (126)		diuinitus 124	
		labore parta iuuāt 147	
		Lascaris grāmatica 15	

A d d i t i o n e s

I N D E X.

<i>adibis</i>	143	linguae usus, deq; ea
Latinè scribēdi exerci-		coercēda p̄cepta
tatio puellaris	30	linguas esse liberas in
Latini à Græcis quan-		libera ciuitate decet
tum habeant	17	146
Latinorum in Græcis		liquidæ
studium	ibid.	Literarū diuīsio
Lectio puellaris	18	Liuius
lectio studiosi qualis es		Locorum cōmuniū
se debeat	7	annotationes
lectio uariorum auto-		loquacitatis mala
rum utilissima	14	loquēdi uicissitudo
lectionis attentio	54	Lucanus
lectionis autorum ex-		Lucianī dialogi
eritatio	15	ab Eras. trāslati ibi.
lectionis autorū Græ-		Lucreti exemplum
corum ordo	16	Lysias
in lectione tria obser-		M
uanda	7	Agister sequēdus,
lectum ingresso quæ		nō p̄currēd' 45
cogitanda	76	magistratibus honor.
lex in ingratos lata		deferendus
apud Græcos	135	maiestas diuina non
lexicō Græcolatinū	16	scrutanda
liber quis	62	maledicentia
Thomas Linacer	24	malum occultum per-
eius Grāmatica	29	nitiosissimum
lingua quo uadis: pro		mala aliena semp no-
uerbum	91	stris uideri leuiora
		64
		mala

I N D E X.

mala maxima quæpu-	memoriæ mors ui-
tanda	num 58
Malorum consuetudo	mēdaces qd lucent 123
fugienda	Mendaciū utilitas non
Malis alienis nō gaudē	solida 94
dū, sed cauendū 117	mendacio comites te-
Ant. Mancinelli thesau-	nebræ 129
rus	de mēdacio pcepta 94
elegantia ex Valla	mens 51.52
decepit 30 (ca 12	mensæ sacræ læta & se-
Mancinelli grammati-	sta 75
Mane surgēti quid ob-	metus ex cōsciētia 108
seruandum 77	metus malus potētiae
manibus non gesticu-	custos. 145
landum	misericordia 84
mu <small>nus</small>	misericordia uenalis,
Marcelli Non. dictio-	crudelis 150
narium	modestia inter homi-
matura, Augusti sym-	nes 86.87
bolum	modi uerborum 23
Mediocritas nimeta-	mores bonos corrum-
te p <small>re</small> stabilior 125	punt collocutiones
memoria	prauæ 53
memoria crebro exer-	Tho. Mori Utopia 36
cenda 56.57	mori recte eū, qui re-
memoria omnis erudi-	cte uixerit. 119
tionis thesaurus 4	mors nō metuenda 63
quomodo pare <small>t</small> 45	mortis simulachrū so-
memoria puellaris 21	mnus & nox 95
	8 3 mundus

I N D E X.

mūdus Deidomus, et ; unde dictus	67	nominum infleſio	21
musica uera animi har monia	115	Non. Marcelli dictio narium	13
mutæ	19	nosce ſeipſum	38
		nosce teipſum	152
		noſſe ſe, & noſſe Deū, ſapiētiae gradus	107
N Arratiuus mod⁹ q et indicatiu⁹	23	nox & ſomnus mortis	
naturę lex, alteri quod tibi	78	ſimulachrū	76 (149)
ſtum cōfirmata, ibi.		nulla dies ſine linea	59.
naturæ necessaria	46	numeri nominum	22
ne quid nimis	152		
Nebrisſensis grāmati ca elegātiæ ex Valla deceptæ	30	O Bluiione ulciscen da iniuria	135
necromātia fugiēda	52	ociosum eſſe ſatius q nihil agere	148 (149)
Nero à fatellitio ſuo desertus	109	ociū uitiorū ſeminariū	
neutrū uerbi genus	26	oculus in ſceptro	117
neutrorū tres ſimiles casus	22	oculorū modestia	87
Nihil agere	148	odiffe, omniū eſſe in feliciffimum	79
Niniuitæ grāmatica	12	odiffe ſe quid	105
nobilitas quid, 40.42 & nobilis quis	120	Oecolampadij grā matica Græca	15
nocere promptum	116	opera	4 (138)
nomen p̄e opibus	134	opes maximæ, pdeſſe	
nomina	20	opinione diues nemo	
		Opum	

Opū stulta accūlatio	peccatum	57	105
optatiu⁹ modus 24 (41)	peccatū hominis mors		
Oratio apud Deū effica-	peccati stipendiū mors		
<i>cissima quæ</i> 101	pecuniaē studiū	(ibid.)	
Oratio dominica, ibid.	idololatria	42	
Orationis partes 20	De peccato p̄cepta	105	
P	percōtator molest ⁹	92	
P Aedonomi paren-	perficere frontem	145	
<i>tib⁹ proximi</i> 97	Perot grammatica	13	
Palladius	Cornucopiæ	13,37	
Papyri Pr̄textati exē-	Pettinax à satellitio		
<i>plum in Gellio</i> 31	suo occisus	109	
Paraphrases Eras.	perturbationes	51	
parasiti	philautia, siue amor		
parta labore iuuāt	sui	64,104	
participia	Philelphi epistolæ	10	
parentes uenerādi se-	philosophorū opinio-		
<i>cundū Deū</i> 96 (49)	nes nostrę religioni		
parsimoniæ usus	cōtrariæ, fugiēdæ	93	
passiuū uerbi gen ⁹	pietas, plixus quæstus		
pater idem omniū	pietatis donū	107 (46)	
<i>τάπει</i>	Plato	15	
patientia omnium do-	Platonis dialogi	36	
<i>mitrix</i> 120	Epistolæ	15	
patiētia, uitæ antidotū	Plinius	11	
paulinus 12,36 (113)	Plinij epistolæ	10	
pauper natura nemo	Plutarchus	16	
pauper quis 116 (115)	Plutarchi opera	36	
pax Christi	Plutarchi opuscula à		
	Budæo		

Budæo uersa	17	præpositiones	29
pœnitētia præcipitis		præteritorū in uerbis	
consilij comes	135	discrimen	23
poëtæ Christiani	12	princeps quibus rebus	
poëtarum lectio	11	excellere alios de-	
Græcorum	16.17	beat	133
Politiani epistolæ	10	principis officiū	ibid.
Herodianus	16	principum insignia &	
populus belua multi-		symbola	109
ceps	141	principū satellitia	108.
erroris magister	38	prodeſſe abſtruſum	46
populo cedendum, nō		promiscuum genus	22
parendum	141	pronomina	20
Porphirij cōmentaria		prosper	12.36
in Horatium	13	proximus quomodo	
potētatiuus modus	24	Christi exēplo amā-	
eiusdem uis	34	dus	79.80
potentia quid	40.43	prudentia principē po-	
potētię cedēdū	136 (49)	tissimum decet	117
pot⁹ qualis esse debeat		Prudentius	12.36
Præceptoris obſeruan-		Publianī Mimi	31
tia	5	puellaris lectio	18.19
præceptores parētibus		scriptio	20
proximi	97. patres	memoria	21
prandij frugalitas	43	puellaris ſetmo	34
preces, magnum pre-		pulchritudo uera in	
cium	148	animo	115
preces quales esse de-		Pyromātia fugiēda	52
beant	73.74	Pythag. symbola	10
		Quicquid	

	Sallustius	11
Q Vicqd in buccā 91	salutandi ac resalutan-	
Quintilianī de	di officium	82
Græcis literis discen-	salutis nostræ funda-	
dis iudicium	mentum, fides	70
	sanitas quid	40
R Egnūm Dei quæ-	sapiendum ad mode-	
rentibus nihil	rationem	52
defuturum	sapiens solus pulcher	
regnum quid	Stoicis	115
religio	sapiens solus longæ-	
religio in intimis pe-	uus	116
ctoris sita	sapientia humana diui-	
religionis uita 107 (66)	næ collata, stultitia	
de religione præcepta	est	69
reprehēdendi ratio 93	sapientia perfecta siue	
reprehensionem nun-	uera quæ, ibid. (114)	
quam obesse	sapientia, uitæ oculus	
terum diuisio	sapietiæ studio nullus	
naturæ ac precia 40	in uita terminus sta-	
terum natura fluxa 60	tuendus	59
respondendi ratio 55	sapietiæ gradus, nos-	
Richemundia 121	se se, et nosse Deū 107	
risus moderatio 87	satellitium Principum	
robur quid 40.44	108.109	
	sat cito, si sat bene 140	
S Abellici exempla 31	scribendi diligentia 7	
Sacris dictis ad ine-	ordo	9
ptias abuti impiū 72	scribendi latine exerci-	
	8 4 tatio	

tatio puellaris	30	simulatio nulla diutur
scriptio puellaris	20	na 55
se nosse, sapientiae pri-		Sion 121
mus gradus	107	Socratis dictum 116
se uel amare, uel odif-		somnus & nox mortis
se, quid	104	simulachrum 76
sedulitatis uis	124	somnus qualis esse de-
Sedulius	12	beat 50
semiuocalis	19	sonorum in Græcis li-
Seneca philosophus	36	teris prolatio 14
Seneca Tragicus	11	Sophocles 16
seni assurgendum	88	species quid 40 (132)
senes bis pueri	144	spōde, iactura p̄sto est
sententiae quales puel-		Studiorum cōtentio 6
lis descendæ	31	studiorum initia usus 3
sententiarū ex autori-		à studijs arcēda omnis
bus decerptarū usus		arrogantia 59
septimus casus	22 (9)	stultorum uita, non est
sermo puellaris	34	uita 116
eiusdēq; accentus	35	stylus crebro exercen-
sermo qualis esse de-		dus 9
beat	8.91.92	optimus dicēdi ma-
Seruij cōmentarius in		gister 57 (24)
Virgilium	13	Subiunctiuus modus:
seruitus necessitate ex-		substantia, substantia
excusanda	137	lia nomina 22
seruitus turpis quæ, ib.		Suetonius 10
seruus quis	63	Suidæ lexicon 16
Silius Italicus	11	suijpsius obseruandi
		præcepta

- p**räcepta 102.103
 Sulpitij grammatica 12
 sum, es, est 27
 eiusq; composita 28
 superbia de alienis stulta 132
 suspicandi uitium 95
 suspicax 139
 suspicacibus uita non est uita 86
 suspicionibus non indulgendum 113
 sustine & abstine 152
 Syllaba 19
 quibus cōstet, ibid.
 syllabarū quantitas 34
 symbola 109
 symbolorum lex 110
 syntaxis Erasmi 29
 syntaxis puellæ discenda 25
 syntaxeos ratio 15
- T
- T**Acere interdum uitium 92
 Cor. Tacitus 10
 Templū Dei quod 71
 tempus edax rerū 130
 tempus, uita 118
- v**
VCōsonās quādo 19
 Valerij Maximi exempla 31.36
 L. Vallæ elegatiæ à Nebrissense excerptæ 30
 L. Vallæ translatio in Thucyd. et Herodia
6. 5 num

num	16	Videri quicquid cupis
Varro	13	idipsum ut sis cura
Yarronis dictionariū	55	
Vbi amici, ibi opes, prouerbium	114	uindicta solius Dei 102
Velle instar omniū	115	uinū memoriae mors
ueniā precari nō turpe		uiperæ ingeniū 126 (58)
uerba	20	uires 40.44
uerbalia	29 (32.33)	uirtus 39
uerborum cōstrūctio		ad quam omnis eru-
uerborum delectus	8	ditio referēda 53 (u9)
uerborū cōiugationes		uirtus aduersus crescit
genera, ibid. (24.25)		uirtus diuinū donū 50
uerborum ratio puel-		uirtus fama potior 130
læ discenda	23	uirtus fortuna poten-
uerecundia	87	tior 125 (113)
uerecundia humanæ		uirtus fortunæ tibicen
faciei uelum	147	uirtus immortalis 133
Virgilius	11	uirtus instar omniū 113
ueritas odiosa, sed nun-		uirtus natura sua ama-
quā opprimitur 94		bilis 85
ueritas temporis filia		uirtus nobilitas 120
129		uirtus opibus & hono-
ueritatis uis	146	ribus præstatiōr 132
de ueritate præcepta		uirtus uera seu perfe-
94.95		cita quæ 42.69
uestium ornatus 41.42		uirtutis certissima pos-
Yt uerax, ne suspicax.		sessio 142
prouerb.	88	uirtutis radices
		alte 131
		signa

I N D E X.

signa	85	tis, sed Dei uolunta-
uis	125 (130)	te sustentari 75
uitutis umbra gloria	Ludouici Viuis sym-	
uita æterna quæ	bolum 140	
uita humana Comœ- dia	Vocabularia 13	
Tragœdia	uocatiuus quando si-	
uita nihil aliud quam peregrinatio quæ- dam	milis nominatiuo 22	
uita nihil incertius	uoluntas pro facultate	
uita perturbationibus obnoxia	uoluptas qd 40.47(115	
uita proprie quæ, & quorum	uoluptas malorū esca	
uita religionis	uoluptates 45 (143	
uita tota, dies unus	uoluptatum abeuntū	
uita, uigilia	fœditas 143 (74	
uitæ breuitas	uota qualia esse deceat	
seu fugacitas	uotorum nostrorum	
uitæ humanæ imago	stultitia 68	
unaquæq; dies	usus potius, quam ars,	
uitæ oculus, sapiëtia	sequendus 12	
uitæ sal, amicitia	Ex usu nata ars 36	
uitæ scopus Christus	uulgi opinones 38	
uitam non solis alimē-	uultus modesta com- positio 87	

F I N I S.

S A T E L.

SATELLITIVM SI
VE SYMBOLORVM, IVX TA
MARGINALEM EORVN-
DEM NUMERVM,
INDEX.



Ccipe oculu

tus 81

Accurate co-
gita im-

mutabilia 158

Alata ætas 111

alienum quicquid adi-
mitur 116

alienor isulætior 30

alienis lachrymis cau-
tior 29

Aamicus ut non alias 135

amicum inimicum fu-
gito 144

Animo corpus fulcien-
dum 194

antidotum uitæ, pa-
tientia 11

Autoritas rerū geren-
darum telum 60

B

Ellum cū uitijis 146

Beneuoli multi, cō-
filiarij pauci 204

Blandum imperium
imperiosum 50

Bona ad benefacien-
dum 148 (s

bonis omnia in bonū

bonus bonis & malis
82

bonorum rector, ma-
lorum uictor 207

C

Aede, modo doce
163

Calumniæ morsu re-
mediū nullum 203

Certum in incerto 171

Ciconiæ beneficiū 86

Cogitatus liber 190
cogitatus

cogitatus quis coget:	Et pilo sua umbra	161
uis ueritatis	Excusanda seruitus	
columbi oculus in ser-	sub necessitate	141
pentino corde	exilium inter malos	95
comœdia uita huma-	expende	154
na	extorquet quies	48
confide recte agēs	ex usu, non collatio-	
cor canum in iuuenili	ne, fortuna	167
corpoore		F
cor uel incorporeum	Aciē ne aperias	183
firmum	falle uiuēs, sed non	
corpus excors fragile	te	174
Cuius pudebit, pigeat	falso nomine non gau-	
113	dendum	134
	fama pluris quam	
D	opes	99
A cæcus	fastigio caput summit	
Deum sequere	te	133
Diarī omnes	Felicitas unica , intus	
difficilis gloriæ custo-	nil strepere	4
dia	Fideli nullæ seræ	59
discere uiuere	fidens, nō confidēs	112
discere mori	firmissimæ opes amor	
diuitiæ iniuriæ pigno-	Foris Argus, do-	(66)
ra	mi talpa	169
Domitrix omniū pa-	fortitudo in fortunā,	
tientia	non homines	75
E	fortuna fallacior, quo	
Brietas nec madi-	blandior	99
da, nec sicca	for-	

I N D E X.

- | | | |
|-------------------------------|-----------------------------|-----------|
| f ortuna nimis blanda, | scenda | 128 |
| hamata | innocēs nec casum | 149 |
| F renum in lingua | inter spinas calceatus | |
| | intus q̄ exteriū (97) | |
| G enerosa uirtus fla- | formosior | 18 |
| tu accēditur | intus quam exteriū | |
| generositas uirtus, nō | ornatior | 19 |
| sanguis | inuidia sibi & alijs ue- | |
| G loria crocodilus | nenum | 77 |
| gloria uento discuti- | inuidia uipera | 78 |
| tur | in uirtute delphinus | 35 |
| | in uirtute oculi & ma- | |
| H emorobia uana | nus | 14 (36) |
| gloria | in ultione Callipides | |
| H armonia interna | Iustitia gratuita | 205 |
| H omo homini par | | |
| honores onera | L Achrymis ignis ex- | |
| hospes ne curiosus | tinguendus | 132 |
| | Linguas ne præscinde, | |
| I Mmodica imbecilla | sed caue | 188 (159) |
| 70 | Longius, modò tutius | |
| I ngenium exercitatū, | Lupus mendacio tem- | |
| torpidum | pus | 91 |
| ingenium situ pereat, | | |
| non sentibus | M Agnes amoris | |
| ingratitudo multis im- | amor | 63 (72) |
| merentib. noxia | magnus op̄e minorū | |
| inimicus, ut nō idē | magnum hospitiū ma- | |
| iniuria obliuione ulci- | gni hospitis | 164 |
| | magnum | |

I N D E X.

magnum satellitium,	satis	15	
amor	65	murus gneus, sana cō-	
magnō uendendum	scientia	3	
tempus	39	N	
maiores superbus, mi-	per	28	
nores mœstus.	168	Ne à pudendo uinca-	
malus nec malis, nec	ris hoste	142	
bonis	83	ne bis puer	178
malus potentiae custos	metus	183	
malum occultum per-	malum	157	
niciosissimum	occultum	24	
manum per frontē ne-	nec malū, nec frōtē	123	
ducito	ne feceris, quod factū	114	
matura	nolis	114	
maximae opes, prodes-	ne ferrum igni	131	
se	ne hilarem insaniam	179	
Mendacio comites te-	insanias	96	
nebræ	ne laborem citra p̄miū	ibid.	
mendaci nō creditur,	ne labore laboris pre-		
& iurato	mium		
mente Deo defix⁹	ne lingua mente cele-		
Misericordia uenalis,	rior	148	
crudelis	ne nimiū scrutare	170	
miserrimū pēdere	nescis quid uesper se-		
Modica firma	rus uehat	184	
mortalibus immorta-	ne uita tragœdia	88	
lia præferenda	nobilitatē nō dat un⁹		
Multi nimium, nemo	dies	139	
	nocēs metuit poenam		
	nocens se iudice nun-		
	quam		

quā absoluītūr	195	Pauper egens, non ca-	
nōmēprē opibus	125	rens 28	
non diues, ni con-		Pax Christi 2	
temnas 153 (103		Pedica nimia fiducia 32	
nō extorquebis amari		persona publica priua	
nō quādiu, sed quām		tam depone 210	
bene 124		pertuso dolio nihil in-	
nō refert quā, sed quō	175	funde 180	
noscere promptum, ut		Philtra amor 64	
pessimū 26 (202		Populo cede, nō pare	
nullus sine linea dies		160	
O		potentiorem in te ne	
C ul⁹ in sceptro 34		admittito 197	
oculus uitę, sapiē-		Princeps multis con-	
tia 13		sulendo 121	
oculum in metam 138		præcipitis cōsilijs assē-	
oculos in pectus 102		cla pœnitentia 129	
Odiosus, modō imme-		præsidium in innocen-	
rito 126		tia 84 (198	
O mnia proposuit la-		precibus emptū, carū	
bori Deus 69		princeps priuatis sub-	
opinione q̄s diues 23		limior sentiēdo 120	
optima, cibus inuidiæ		prodeſſe abſtruſum, ut	
O ra uirtute obtu	(76	optimum 27	
ra, non metu 189		proptet inuidiam uel	
P		opulentiam 107	
A ruo fames cōſtar,		Q	Viesce nihil actu-
magnō fastidiū 211		rus 199	
		quod	

quod cōmodauit for-	stabilissima fortuna,
tuna, tollet 117	stultissima 56
quod Deo & homini 79	stulta de alienis superbia 115
quod inuenisse pīgeat, ne quāras 208	Suauissimus post labo rem fructus 193
quod mutuauit natūra, reperet 118	subiecta Dei manu cōsistimus 105
quod parauerit uirtus, retinebis 119	suspitionibus securis 6
quod uideri uis, esto 137	T
quod uides, nō diu 151	Antum scis, quantū operaris 209
quod uni et omnib. 130	Thesaurus gratia boni 150
	Tempus edax rerū 104
S Al uitæ, amicitia 12	temporis minister 37
sanus intus & exte- rius 10	tempori parcus dispen- sator 38
sapiens solus longæu- us 25	terret imperium 49
satis hoc contento 16	Tibicen fortunæ uir- tus 9
satis relicturo 17	Tota uita dies unus 165
Scopulus in undis 176	Turpe gigantem in na- no 181
scopus uitæ Christus 1	turpibus ne seruito 143
Splendor summus nō intuendus 187	tu tibi uenerabilis 122
Sine querela 155	V
Strauit fortunam uir- tus 74	Bi terror, ibi timor 67
	a ubi

I. N. D. E. X.

Vbi ubèr, ibi tuber	68	uirtus instar omniū	7
Velle instar omniū	21	uirtus pluris, quam fa-	
ueraci creditur, et men-		ma	100
tienti	61	uirtutis radices altæ	
ueritas premitur, non		109	
opprimitur	92	uirtutis umbra gloria	
ueritas tēporis filia	90	101	
ueritatis splendor co-		uiue, ut post uiuas	44
mes	94	Vnum est necessarium	
Vicit uim uirtus	73	212	
uirtus citra fortunam		Voluptas malorum	
ualida	8	esca	179
uirtus exercetur, non		uoluptates specta ab-	
perit	45	euntes	172
uirtus inimicitijs for-		Vt uerax, ne suspicax	
tung crescit	47	152	

F I N I S.

I O A N N E S



IOANNES LVDVOVI
CVS VIVES CARO.
LO MONTIOIO, GUILIEL
MI FILIO, S. D.



VVM patri tuo clarissimo, & omni uirtutū gene
re ornatissimo uiro, ostens
dere cuperem, quantum
à me diligenter, quod
ipse in me singulari sem
per benevolentia fuerit:
decreui aliquid ad te de

initijs studiorum scribere, in quibus tota uis est ex ra
tio deinceps eruditionis, ut in seminibus stirpium spe
ac futura qualitas. dedi operam, ne te præceptorū uel
copia obruerē, uel difficultate deterrerē. omnia aptata
sunt, quoad præstari à nobis potuit, captui istius etate
tua, aut paulo maioris. Libellum hunc quū tibi mie

to, patri me tuo existimo mittere: cui uirtus & institu-
tio tua nō minus curae sunt, quam sua sibi uita: qua tene-
rius te amabit, si tale te præstiteris, qualem ipse optat,
probissimum uidelicet & doctissimum. Est in tua manu
situm, ut utrumq; ingenio & diligentia consequare.
Vale, & exemplum quod domi habes sapietissimi pa-
tris, imitare. Londini M. D. XXIII.

RELIGIO.

Quam sapientia & uirtus, et sciëtia omnis di-
uinitus cõtingant, æquum est, ut primus aditus
ad hæc omnia sit per Deū, in quæ decet esse
te maxima pietate, & eius rebus interessante reli-
gioſissima: nec ullum opus eius quantūcunq; leue ex-
quisigniter aut frigide.

OPERA.

ET quatenus Deus non dat munera sua ociosis,
ideo labore & diligentia in studijs literarum
& uirtutis opus est.

MEMORIA.

Memoriā scito thesaurum esse totius eruditio-
nis: quæ si desit, non secus superuacaneus est
omnis labor, quam si in pertusum dolium aquam infun-
das. Sed nemini tam infelix cõtingit memoria, qui non
eam fidelissimā posset reddere exercitatione. nihil est
enim quod magis opere et labore gaudeat, nihil quod
facilius corūpatur et intereat, quiete ac ocio. Quocir-

ea aliquid quotidie ediscendū est, etiā quum nō est ne-
cessē: tantū ne torpor in memoriā inuadat, quo nullus
est illi morbus pernitiosior. Continetur etiā memoria
bona ualeutudine, cauendumq; in primis à repletione,
à cruditate, à crapula, à uino immodico, à densa cerui-
fia, à supimo cubitu.

P R A E C E P T O R.

PRÆCEPTOR nō minus amandus, uenerandus, co-
lendus, quām si esset pater. nam reuera præce-
ptores imaginem quandam nobis referūt patrū: & à
nullo maius accipere potes beneficū, quām à quo sis
eruditior, et melior. quibus duobus bonis nulla possūt
in uita comparari. Adde quod facilius disces, si amaris
docentem, cuius dicta nunquam uel contempseris, uel
neglexeris. semper cum dignatione in animum admit-
te, & oraculi cuiusdam uice habe. Nec solum illū ama-
sed da operā, ut ab illo redamere, sic te ille diligentius
docebit: quod assequeris, parendo modeste eius præce-
ptis, obseruando eum, honorando, admirando quæcum
que seu dixerit, seu fecerit. si quid probarit in uita, aut
in sermone, sic age, ut sentiat te illud probasse. si
quid improbarit uita. Attentus illum audi: uerba eius,
formulas dicendi, sententias annota: & imitatione te
similē ipsius, quo ad facere poteris, effinge. quod Præ-
ceptor quū uidebit, dabit uiciūm operā, ne tu aliquid
ex se possis accipere, quod imitatione sit indignum.

4 3 C O M

C O N D I S C I P U L I .

C Ondiscipulos fratrum loco habe . geniti enim estis ab eodem magistro , uelut patre : & coniuncti sacris literarum , nō minore uinculo , quam sanguinis . idcirco illis non minus bene cupias , quam fratribus . Si quis eorum est te doctior , ne odoris eum hac causa : sed faue ingenio , et cōtende , ut doctrina et uirtus et sis par : etiā superes , quo similis tibi cōtingat fauor .

C O N T E N T I O .

C Vm melioribus , aut sapiētoribus te , ne certes inuidia aut maleuolētia , sed uirtute , probitate , studio . Imperitiores te ne despice , potius adiuua , et erige , ut queant ascendere . Neq; enim peior eris , aut imperitior , si alios habueris tibi pares : sed melior , si ope ratua illi eō euaserint . Quod si omnes fuerint impīti , nemo erit q agnoscat , ac proinde admiretur bona tua . Pulchrū est profectō certare cum bonis , pulcherrimū eos uincere , recte qdē et per uirtutē , extra dolū omnē .

A N N O T A T I O N E S .

C Ompones tibi librū chartæ uacuae , iustæ magnitudinis : quē in certos locos , ac uelut nidos partieris . In uno eorū annotabis uocabula usus quotidiani , uelut animi , corporis , actionū nostrarū , ludorū , uestium , habitaculorū , ciborū : in altero uocabula rara , exquisita : in alio idiomata & formulas loquendi , uel quas pauci intelligūt , uel quibus crebro est utendū : in alio

alio sentētias, in alio festiuē, in alio argute dicta: in alio prouerbia, in alio scriptorū difficiles locos, et quæ alia tibi aut institutori tuo uidebūtur. Sicq; hæc omnia habebis annotata, ne solus conscius sit liber. tibi legenda, relegenda, memoriae mādanda atq; infigenda sunt, ut non minus scripta gestes in pectore, quam in libro: ex occurrant, quoties erit opus. Parum enim prodest libros habere eruditos, si peclushabeas rude.

DILIGENTIA SCRIBENDI.

Cura ut manu sis ad scribendum exercitatissima, nec unquā ad audiendū institutore accedas, penna et charta inermis. ne quod præteruolet uerbū elegās aut rarū, aut necessariū, uel formula loquendi lepida aut exculta, uel graue et sapiēs dictū: quod nō subito exceptum in tuos thesauros referas. Sic tibi breui tempore maximas eruditionis diuitias paraturus.

LECTIO.

Nec librum ullū legas, quin eadem excerptas, que de sermone præceptoris dixi. Nihil unquam legitio animo peregrinante, & alijs rebus intento, totus in lectione esto. in qua tria sunt animaduertenda, uerba, formulæ loquendi, & sensa: ut diligenter consideres, quibus utantur uerbis ad res de quibus tractant explicandas, quibus idiomatibus, quibus loquendi formis. Tum res ipsæ sunt spectandæ, quid sibi uentre ea de quibus loquuntur. In singulis horū est quod signes,

signes, est quod teneas, est quod in usum tuum uertas.
Adsit semper penna et charta, quæ miraberis, quæ te
delectabunt, insigni aliqua notula: itidem et quæ te remo-
rabuntur, ut à magistro, uel etiā cōdiscipulo sciscitere.

I N T E R R O G A T I O.

Nec pudeat rogare, quæ nescis. neq; enim hoc
est turpe, sed ignoratio turpis est. Nec uelis
persuadere alijs, te scire, quod ignoras, te ipsum falles,
non alios: & deprehensus in ignorantia, rideberis.

E M E N D A T I O.

Quæ reprehensa autemendata, non solū in te,
sed in alijs esse uideris, cura ne excidant. tum
ne ipse bis de eadem re sis corrigēdus, tum
ut aliena errata in utilitatem tuā uertas. Sapiens enim
ex alienis erratis uitam emendat suam.

S E R M O.

VT audieris doctos loquētes, aut legeris apud
scriptores Latinos, sic ipse loquere. Verba
quæ habebis suspecta, siue loquendo, siue scribendo fu-
gito, ni prius sciscitatus sis ab institutore, quām sint
Latina. Cū ijs qui imperite loquuntur Latinè, quorū ser-
mo potest tuum corrumpere, malis Britānicae, aut alia
quauis loqui lingua, in qua non sit idem periculi: Ver-
sare libens cum prudenter facundis. nullum est oble-
ctamentum maius, quām eos audire, qui gestant in lin-
guam morbis omnibus animi presentanea medicamēta.

S T X

S T Y L V S.

Exercēdus est crebro stylus, optimus magister atq; effector dicendi. Et initio quidē nō solum uocabulis utaris ex autoribus sumptis, sed etiam sententiolis ex illis deceptis, aptè tamē cōpositis, ut magna ex parte alienum sit scriptum. sensim admiscebis tua, donec crescente cū ætate eruditione, fias omnino tuus. Primum scribes pauca & accuratè, ut species potius nō quam multa, sed quam bona. nā accedente usu, curā retinebis, & prōptitudo ac facilitas exercitatio- ne parabitur. ita simul & optime scribes, et facillime.

A V T O R E S.

In terea dū tu per ætatem iudicare de autoribus non potes, hos tibi cēsco & ad locupletandā linguam, & ad uariarum rerum cognitionē in primis tenēdos. Ad sermonem quotidianum plurimum cōferet Teren- tius, quo multū Cicero utebatur, et cuius fabulas propter lepōrem & festiuitatem orationis scriptas à nobiliſimo Romano fuisse, multi crediderunt. Cicero- nis quoq; epistolæ familiares, sed in primis ad Atticū, multum erudire sermonis usum possunt. nam in illis est sermo ille purus, & simplex, quo Cicero cū uxore, cum liberis, cū seruis, cū amicis, in triclinio, in balneo, in lecto, in hortis utebatur. Sunt & familiaria collo quia ab E R A S M O conscripta, quæ non modò utilitatem, sed uoluptatem quoq; habent, haud sane ext-

45 quam,

quam, ut est uir ille exculto & urbano ingenio. Epistola Plinij iunioris plurimas suppeditare sententias possunt, cuiuscunq; generis epistolæ scripturus quis sit, quæ propemodū cōpositæ in hoc uidentur ab auctore. nam ut res gestas paucas admodum narrant, quod Cicero fecit, delitias tantum sententiarū continent, ac uelut gemmulas, quibus epistolæ ornari possint. Eodē ferè spectant epistolæ Politiani, nisi quod interdum nimia cura factæ sunt paulo duriores, dum scriptor dat operam, ne nihil sit non ex politissimū, nec uult ullum bonum uerbum perdere: quæ anxietas non magnopere epistolarem dictionem decet. Sunt epistolæ Philelphi, quæ plus habent uerborum, quam gratiæ. & Calentij lusus. Si cui uacat Sidonium Apollinarem legere, eidem legantur & Apulei Asinus, & Florida.

HISTORIAE.

Historiae quoq; instruere possunt linguam, ut Liuij, & Suetonij, in quo mirabilis est dicendi proprietas, astricta illa, & quæ plus habeat neruorum quam corporis. Cornelio Tacito non parum adiutoriaremur, si integer ad nos & emendatus peruenisset: sed qualiscunq; est, prodest multum. In Cæsaris commentarijs ostenditur castitas illa sermonis latini, qui erat in prisca Romana nobilitate. nihil fungi potest terius, expolitius, elimatius. & hi quoq; accurate cognoscendi, magnopere linguam locupletabunt. Sallustius

stius, rerum Romanarum florentissimus scriptor, ut
inquit Tacitus, frequens est in manibus puerorum: sed
michi aptior uidetur proueclioribus.

SCRIPTORES AGRICOLA TIONVM.

Cato, Varro, Columella, Palladius, Plinius, uariarum rerum suggesterunt uocabula, qui diligenter legendi sunt, et uerba cum rebus conferenda, ne quid pro diuerso usurpemus. Plinius tam uarius est, quam ipsa rerum natura, quam tractat. magnæ illic uerborum diuinitate, magna rerum.

P O E T A E.

Poëtæ sunt quoq; attingēdi, partim animi gratia: nam leuant sæpenumero tedium negotiorū, sæpe etiā lectionis solutæ orationis. Et illa alternatio carminis profæq; , diutius intentionē animi in studijs detinet. Ad hoc scatent reconditis uocabulis, et figuris omnis generis, quibus etiā cōmunis sermo plenus est. Sunt in inuentione sublimes, festiui, acuti, acres, graves, faciles: in uerbis, suaues, lepidi, rapiūt in affectus omnes, prout cuiusq; est argumentū. Vergilius ponitur primus merito, mea sententia, propter grauitatem et sententias. Huic Horatius adiungitur, carmine ex cultus uerbis proprius, et sapienter præcipiēs. Silius multū habet diligentiae. ex Latinis tragicis solus ad nostrā ætatem peruenit Seneca. sed omnes et uerborum maiestate.

maiestate, & argumentorum uiribus, & sententiarum pondere ac numero, uincit meo quidem iudicio Lucanus. Legendi & poëtæ nostræ pietatis, Prudentius, Prosper, Paulinus, Sedulius, Iuuenius, & Arator: qui quum habeant res altissimas, & humano generis salutareis, non omnino sunt in uerbis rudes, aut contemnendi. Multa habent, quibus elegantia & uenusta te carminis certent cum antiquis: nonnulla, quibus etiam eos uincant.

GRAMMATICI.

IN his omnibus autoribus animaduertes, quemadmodum formulæ græmaticæ scrutetur, quemadmodum negligatur. Nam in multis uariis & multiformis usus in normas & præcepta cōcludi nō potuit: sequens tamen potius quam ars, quæ est usu constituta, non est cōtrario. Neq; uero despiciēda est idcirco ars, modo ne sit superstitione anxia. formulæ enim est hoc tempore opus, quum populū non habemus, & eruenda sunt ex scriptoribus omnia. alioqui cū non succurret ex his loquendi ratio, ut solœcissimus necesse erit, etiā ut maxime succurrat. nam alia dicenda sunt, & alijs de rebus. Quid quod ne tunc quidem canonibus caruerūt, quum esset in Latio & Græcia, eadem populi totius, quæ eruditorum, lingua. Scripsere autem complures, sed unus, aut ad summum alter eligendus, Perotus, aut Aldus, Nebrisensis, Macinellus, Sulpitius, Niniuia.

Versandus

Versandus diligenter valla inclegatijs. immodice ille q
de substitutiosus, sed ad reddēdos cautiōres aptissimus.

INTERPRETES.

Eget ista tua aetas, etiam adultior, interpretibus
autorū. nam multa sunt in scriptoribus difficili,
lia, quae tu uix tādem molestissimo labore assequeris:
illi rem totam explanāt magno compendio temporis
& operæ, maioreq; utilitate & auctu eruditionis. In
quo numero sunt Seruius in Vergiliū, Donatus in Te
rentium, Acron et Porphyrius in Horatium. Vocabu
laria eodem loco haberī possunt, quae uelim tibi sem
per, dum studies, presto esse, ut illa subinde consulas, si
quid dubitas. Magna partis huius laboramus intati
nis literis inopia. nam eruditissimi illi, Varro, Festus,
Marcellus, & difficiliores sunt, quam ut à mediocri
ter doctis intelligātur: & non omnia tradunt, quibus
est nobis opus. quae uero terūt omnes, Cornucopiae Pe
roti, & opus Calepini: nec satis copiosasunt, & docta
parū: nec qbus tutò fidatur. Præstitit quod potuit Pero
tus, nec omnino cōtemnendū quod reliquit. Calepinus
uero accessit ad alios docendos, quum ipse potius ege
ret doctore. Sed interea utendum erit istis, donec exi
stat aliquis, qui hanc literarum partem felicius orbi
tradat. Legendi sunt ipsi tibi per te autores, nec
expectandum, dum omnia præceptor explanauerit:
alioui nihil unquam intelliges sine prælegente, ita
quando

quando parabitur copiosa illa rerum & uerborum supellex, querenda ex plurimis uariarū rerū scripto ribus: ex intelligētia unius aut alterius autoris, quem institutor enarrarit, adhibito non segni & incerti studio. multi sunt alij cognoscendi. Verba eadem sunt in omnibus, & loquendi formulæ, quibus rerum intellec tūs contegitur: ut nullus sit liber, qui probe intellectus nō sit ad alios complures intelligendos magister, adhibeat modò iudicium, & audita præsentibus conferantur.

G R A E C A E L I T E R A E. P R O L A
T I O S O N O R V M.

GRÆCAS literas Quintilianus simul discicumi Latinis posse putat. Primū sonus literarum diligenter animaduertendi sunt: & quantū fieri poterit, integre ac perfecte exprimendi. non enim maior labor est bene addiscere prima, quam male: quū sit tanto fructus uberior. Obseruabis quemadmodum periti proferant, & eos imitabere. necesse est enim aut par, aut certe non absimilis illorum euadas, ad quorum te exemplar componis. in usum rectie proferendi conscriptae sunt à Hieronymo Alexandro tabellæ eruditæ. Ca uendum tamen ne sic assuescas Græcae pronunciationi, ut Latina illo more proferas, neu accentū rationes confundas, qui sunt in illis linguis diuersi. Græcus sc̄e ultimam spectat syllabam, Latinus penultimam.

C N F L E

INFLECTIONES.

Tum ad inflectiones nominum & uerborum uenietur, quas memorie penitus insiges, ne illarum ignoratio cogat te in altiorib. hærere ac resistere. Habes Theodori Gazæ duos primos libros, qui ea de re magno compendio præcipiunt. dehinc accentuum & orthographiæ formulas, quæ in plerisq; cōiunctæ sunt, percipies collectas ex tertio Theodori Gazæ. ne totum illud uolumen legendum habeas molestum, & frugis multis in locis exiguae, sufficiet in hoc tempus, quæ sunt illinc ab Oecolampadio decerpta.

EXERCITATIO LECTIONIS AUTORVM.

Hic iā proderit uocabulorū gratia scriptores alii quot prælegente institutore tuo audire, eosq; maximè facileis et apertos: cuiusmodi sunt dialogi aliquot Luciani, præsertim ij, qui res cādidas nō nigrāt: & oratiūculæ Isocratis, Platonis epistolæ, & Aesopi fabellæ. in quibus animaduertes, primū quibus uerbis utantur ad exprimendā rem, tum quomodo inflectat.

SYNTAXIS.

Simplicia uocabula in sermonē cōiungenda sunt. De constructione plura sunt à Latinis scripta, q; à Græcis. Gaza in quarto lib. difficilime præcipit atq; obscurissime, secutus Apolloniū, et ipsum in primis tenebricosū. Lascaris conatus est reducere uerba Græca ad quinq; illa genera et formulas uerborū latīnorum

norū, prolixē et parū apte. præstabit ex autorū lectio-
ne formulas loquēdi Græcas obseruare, et quēadmodū
idiomata sermonū Græci & Latini inter se differant.

L E C T I O.

IN T I O censeo legēdos oratores, Isocratē, Demosthe-
nem, Lysiā, Aeschinem, Aristidem, & partē Lucia-
ni. Hinc philosophos, Platonem, Aristotelem, Xeno-
phonem, Theophrastū. tū ferreos, Thucydidē ac Plu-
tarclū, si quos prius Latinè cognoueras, hos primōs
etiam leges, quo prōptior sit uerborū ex sentētia intel-
lectus. Poētas priusquā attingas, leges de dialecticis
Græcis Apolloniū, aut Ioannē Grammaticum. tū facili-
mi, et maximē Attici, initio uersandi, qualis est Aristophanes.
pōst Homerū, fons reliquorū. tū Euripides et
Sophocles. Aderit lexicon Suidas, aut Hesychius. sed et
Græcolatinum expediet habere, quo apertius interdū-
fiat, quod Græcē ab illis explicatū nō satis intelliges.

I N T E R P R E T A T I O N E S.

COnferes Græca cū interpretationibus latinis,
initio si qua sunt ad uerbum uersa: ut, Fabellæ
Aesopi, Tabula Cebetis, et ferè Dialogi Luciani, quos
ERASMVS transtulit, hinc iā illi inspiciendi, qui uer-
bis sunt usi arbitratu suo, sentētia autori seruata quem
interpretabantur: uelut Thucydides & Herodotus,
quos fecit Laurentius Valla. sed ante alios
omnes, Herodianus Politiani, & aliquot Plutarchi
opuscula

opuscula à Budæo uersa. Hermolaus in transferendo Themistio calore iuuenili, & sui ostentādi cupiditate, longissimè abreptus est. Princeps interpretum consen-
su omnium est Theodorus Gaza, in libris de animali-
bus, & problematis Aristotelis, & de stirpibus Theo-
phrasti: siue candore interpretationis, siue copia lati-
na, qua certauit cum Græca: siue felici audacia, fingen-
dis ad analogiam uocabulis, quibus carebant Latini,
ut commodius græca redderet.

F R V C T V S G R A E C I
T A T I S.

Nacto peritiam Græcæ linguae, patent fontes
omniū disciplinarū, quæ à Græcis manarūt.
adest & cognitio maximorū ingeniorum, quorū fuit
Semper Græcia feracissima: tū copia Latini sermonis
instructior, quia schemata figuræq; dicēdi & colores
argumētorū illinc petierūt Latini homines. & quia
quū uocabulum latinū ad rem notandā non est ad ma-
nū, ex Græco licet mutuari, agro copiosissimo. Quin
& Latini scriptores post Ciceronis tēpora, ita uel stu-
diosi fuerūt Græcæ linguae, uel ostentatores, ut maxi-
mam partem idiomatū illius in latinam trāsfuderint.

Habes mi Carole Montioi, quibus rebus adiuuare
posse rudimēta studiorū tuorū existimē: tu annitere,
ut breui tēpore ipse tibi magnus sis monitor, et ex pri-
mo illo honorum genere, perseſe qui omnia norunt.

b IOANNES

IOANNES LUDOVI
CVS VIVÈS DOMINAE
CATHERINAЕ REGINAE
ANGLIAE, PATRONAE
VNICE, S.



VSSISTI, ut breuem aliquā rationē
conscriberem, qua in Maria filiatua
instituēda praeceptor eius uti posset.
Parui libens tibi, cui in rebus multo
maioribus obsequi uellem, si posse.

Et quoniam institutorem illi, doctum in primis homi
nē ac probū, ut par erat, delegisti, res uelut digito indi
casse fui contentus: ille reliqua explicabit, que tamen
au: obscure tradita, aut prætermissa ab scriptoribus ar
tis grammaticæ putau: ea paulò pluribus consignau:
uerbis. CHRISTVM precor, ut hæc docendi ratio
ad eruditionem, et ad uirtutem filiam tuam impense
iuuet. Vale, et hunc meum animum addictiss. Maie
sti tuæ scito. Oxoniæ, Non. Octob. M. D. XXIII.

L E C T I O.

Literarū sonos doceatur planè, disertè, et ex
clè proferre. neq; enim parum ad in sequentē
institutionem interest, quomodo didicerit elementa et
syllabas pronunciare. Sciat ex literis, alias esse uoca
les, alias consonantes: quot sint illæ, quot istæ, et cur
sic

sic dictæ. Esse ex consonantibus alias mutas, quæ à se
 incipiunt & finiunt in uocali, ut, b, c, d. sic uocantur,
 quod quū fari incipient, nisi succurrat uocalis, obinu-
 tescunt. Alias semiuocales dici: ex ijs quasdam li-
 quidas, ut, l, m, n, r. Tum duas ex uocalibus, i & u,
 transfire in consonantes, quum post eas sequitur uoca-
 lis, cui in sono iunguntur: ut uiuo, coniūcio, uimū, uul-
 pes. In Græcis dictionib. nunquam īwta fit consonās,
 ideo nec Iacobus, nec Ioannes consonantem i habent.
 u consonans, apud eos est βūrā. uocalis u, est u diph-
 thongus. quo circa assuecat scribere v uocalem hac for-
 ma. propter græcū, quod saepe numero ad Latinos in
 utrā sit, ut Sylla, Sulla: Tybur, Tubur: et cōsonātē hāc
 u propter βūrā Græcum. Syllaba dicitur quasi com-
 prehensio literarum. sed ex sola uocali potest fieri syll
 laba, ut Maria, Iesus. Tum discat syllabā constare aut
 ex uocali sola, aut ex uocali & consonante, aut ex uo-
 cali & consonantibus: sine uocali nunquam fit syll
 laba. & quot sunt uocales, totidem syllabæ. Ex uo-
 calibus fieri diphthongos quatuor: duas scribi et pro-
 ferri, duas scribi & non proferri: nisi quod paulò
 crassior est sonus, quam si esset uocalis simplex.

Eadē in literis Græcis ostendenda, ut emendate sciat
 in utraq; lingua legere. Infigenda hæc sunt, & incul-
 canda, ut recte literas & syllab. s proferat, nec ullum
 insit in ore uitium.

b P A R T E I

PARTES ORATIONIS.

DEinde sciet esse apud Latinos octo partes orationis, quatuor uariabiles, & quatuor invariabiles. Ex uariabilibus, quae significat aliquid fieri, & inflectuntur per modos & tempora, dicuntur Verba: quae declinantur per casus, & significant aliquid fieri in tempore, dicuntur Participia. certa quin decim sunt Pronomina, reliqua nomina. Ex invariabilib. certas quinquaginta esse Præpositiones. eas uero quae coiungut partes orationis, uocari Coniunctiones, coiunctiones olim esse nonnullas subitum metis affectu significates, quae uocatur Interiectiones: reliquas Aduerbia nominari. Haec sint a nobis crasse ac ruditer utcunq; ostensa, sicut & alia in hoc libello omnia, magis ut intelligantur, quam ut exacte a nobis tradatur.

S C R I P T I O.

Inter haec omnia det aliquid temporis formandis literis, non tam eleganter quam uelociter, ut si quid præceptor dicit, ipsa suis scribat digitis. Si quem autorem legat, & uerbum, uel sententia placeat, excerpatur. Magis haeret memoriæ, quæ nosipsi scripsimus, quam quæ alij. Interim etiam dum scribimus, animus a cogitatione rerum siue leuium, siue turpium auocatur. Versus qui ad imitationem proponuntur, contineant grauem aliquam sententiolam, quam iuuet edidicisse. nam toties rescribendo, necesse est retineatur, Dabitur

tur opera, ut initio saltem imitando castigate scribat.

MEMORIA.

MEmoriam quotidie exerceat, ut nullus sit dies, in quo ipsa aliquid non ediscat. sic et acuetur ingenium, et facilissimam sibi ac promptissimam parabit memoriam, ut postea quæcunque libuerit, nullo retineat negocio, et firmissime: durantq; in reliquam uitam, quæ ista ætate percipiuntur. Initio poterit de nocte cubitum itura, attente bis aut ter relegere, quæ memorie mandari uoleat, et postridie mane à se reposcere.

INFLEXIO NOMINVM.

INcipiet nomina inflectere, et discet esse sex nominū genera. Masculinum, quod signatur hac uoce, hic. Fœmininū, quod ista, hæc. Neutrū, quod, hoc. Cōmune, quod, hic et hæc. Omne, quod, hic, hæc, hoc, aut per tres uoces. Dubium, quod signatur per ista duo, hic uel hæc, id est, quod si uolumus, potest esse masculinum: et si uolumus, fœmininum: ut margo, cortex. dicimus enim amarus cortex, et amara cortex. Et inter commune et dubium hæc est differentia, quod quū omne genus pertineat ad adiectiuā, cōmuni quū additur adiectiuū, respiciendū est de quo sexu loqueris, et sic addi genus adiectiuī: quod postquam addidisti, non potes mutare de eodem loquens. in ambiguo uero liberum est, utruncunq; genus adiectiuī libuerit addē-

b 3 re. et

re, et postquam addideris, de eodem loquens potes
mutare: ut si dicas, *Albus canis*, de mare bene dicis, de
semina non bene: et quū dixisti de mare, *albus canis*,
de eodem non licebit dicere, *alba canis*. at de quacunq;
cortice loquaris, dices ut uoles, *albus cortex*, siue *alba*
cortex. et postquā illud dixeris, de eadem loquēs cor-
tice, dices, *alba cortex*. Promiscuū, quod Græci epicœ-
nū, non est genus: nā hic de natura rerū nō loquimur,
sed de qualitate uocū. Substantia siue substantialia, si-
ue appellativa nomina dicūtur omnia, præter illa quæ
sunt omnis generis: hæc uerò dicuntur epitheta, siue
adiectiva. Illud annotabit, propter sola adiectiva, re-
perta esse in substantiis genera. nā si adiectua nō es-
sent, nihil esset opus generibus. ut cum dicimus, reue-
re orpatrem, ne lædas hominem, exclude canem: non
refert cuius sit generis. si sit addendum adiectiuū, tūc
considerandū est cuius generis. Post hæc tradētur nu-
meri duo, nā dualem Græcorū nō recipimus Latini,
nec magnopere obseruat Græci. Tū casus seni in utro-
que numero additur *septimus*, cuius meminit *Quintilianus*, et post eū *Seruius*, ut, *Præcib.* Deū placo. Vo-
catius semper similis est nominatio, præterquam in
quibusdā nominibus primæ declinationis, et secundæ.
Nomina neutra habent accusatiuum et uocatiuum simi-
les nominatio, et in plurali hi tres casus finiūtur in
e. Nomina composita sic declinātur, ut sua simplicia.

Hinc

Hinc explicandæ declinationes quinq; quomodo prima cognoscatur ex genitiuo singulari, uel plurali, et quot habeat finitiones in nominatiuo, et quemadmodum omnia nomina huius declinationis finita in as uel in es, sint Græca, hic inflectet nomina huius declinationis. Secunda quomodo cognoscitur, et quot habet fines. Tertia itidem, in qua sunt undecim fines, a,e,o,c,d,l,n,r,s,t,x. Hinc sequuntur quarta et quinta. Post hæc incipiet discere congruentiam adiectivi et substantiui in numero, genere, et casu: in qua exercetur aliquandiu, multis exemplis propositis.

DE VERBIS.

IAm ad uerba ueniendū, in quibus duo sunt noscenda: naturae uerborū, et syntaxes siue constructio-nes. Quinq; sunt modi in uerbo, Indicatiuus, et quasi narratiuus, per quem referimus aliquid: in quo sunt quinq; tēpora, præsens, tria præterita, et futurū. Inter præterita hoc est discrimen, quod perfectum signifi-cat rem actam, sicut nomen ipsum sonat: Imperf-ectum significat rem nondum fuisse perfectā, aut transfa-ctam eo tempore, de quo loquimur: Plusquamperfectū significat rem perfectam, ante aliam factā, ut, Veni ad te hora decima, tunc è lecto surgebas, et mater tua iā fecerat rem sacram. ita præteritum imperfectum et plusquamperfectum ad aliquid aliud referuntur, cuius ratione aut imperfectam rem, aut plusquamperfectā

b 4 denotant.

denotant. Addunt nonnulli futurum perfectum, quod subiunctiui esse dicitur, id propterea perfectum nominatur. nam si dicas, quum coenabo, significas inter coenandum: si uero, quum coenauero, id est, perfecta coena. Imperatiuus modus, quod per illū imperramus, sed et precamur hoc, et adhortamur. Duode derunt huic tempora, praesens et futurū. Additum est futurū subiunctiui huic modo, ut dixeris, feceris: præcipue cum negatione, ne dixeris, ne feceris: et negatione ne, aut neque, nūquā nō. Optatiuus per quem optamus, huic placet esse quinq; tēpora, praesens et præteritū, imperfectū, utinā discerē: præteritū perfectū, utinā dicērī: præteritū plus quam perfectū, utinā didicisse: futurum, utinā discam. Subiunctiū, quia subiungit aliā orationem: ut, Quum bene feceris, lætare. Quinque sunt huic tempora, et solent ea interdum capi pro temporibus indicatiui. dehinc Infinitiū cur dicatur, et quot habeat tempora. Addidit Thomas Linacer modū Potentatiū, idq; meritò et doctè. hunc trades, quā paulò plus in literis promoueris. Exercenda est in modis, et temporibus diligentissime, addita uoci latīnae uoce Britannica, quae illi respondet, et usus ostendus: nam Britanni ex proprietate uernaculæ linguae, nonnunquam in temporibus peccat. Hæc ubi erunt cognita, sciat numeros esse in Verbo geminos, personas ternas. Interea inflectet uerba per quatuor coniuga-

coniugationes: simul discet, quibus hæ coniugationes inter se notis distinguantur. Habebitq; generalia quædam de illis præcepta, quæ spectent ad præterita & supina, ut in prima declinatione præteritum terminari in aui, supinum in atū: in secunda in ui uocales, & supinum in tum uarie. In tertia nonnulla præterita & supina exempli causa adferentur: nam res est multiceps. In quarta præteritum in ui syllabam, et supinum in itum, quæ excipiuntur ab ijs canonibus, procedente tempore paulatim cognoscet. Dehinc quæ tempora ex quibus manat, et quemadmodū formentur.

SYNTAXIS.

Tum ueniendum erit ad eam, quæ Græcis dicitur syntaxis, Latiniè constructio. Primum intelligat, orationem nullam posse cōstare sine uerbo. Nec uerbum posse ponisi sine supposito, uel expresso, uel subintelleclo, ut in prima persona et secunda. Suppositū hoc & uerbum, quomodo debeant congruere, ne uitium admittatur. His cognitis, uenietur ad quinq; uerborum genera. Actuum, quod finitur in o, et habet paſſiuum in or. Huic datur nominatiuus in re agente, & hæc est suppositum: datur accusatiuus in re patiente, seu recipiente actum uerbi, ut, Maria amat matrem suam. Sunt ex his uerbis alia, quæ præter istos casus admittunt genitiuum, ut Deus accusat genus humanū ingratisudinis: & Superbus postulat superbū arro-

b s gantie.

gantie.alia datiuū,ut,Suade optima etiā inimicis,Da egenis necessaria . alia accusatiuū,ut,Ne doceas philo melas cantū,Roga Deū bonā mētē . alia ablatiuū sine præpositione,ut,Exue pauonē plumis , quibus ornes canem.alia ablatiuū cū præpositionibus à uel ab , uel ē, uel ex, uel de,ut,Audi iucundam fabellam à patre,ex patre,de patre.Istæ possunt dici formæ, siue species uerborum actiuorū. Et casus isti præter nominatiuū et accusatiuū rei agentis et patientis,dicantur casus speciales. Paſſuum uerbū est,quod ex actiuo fit, additār, ut amor ab amo in re patienti, seu quæ fit . habet nominatiuū, et hoc est suppositū: in re agēti ablatiuum, cū præpositione à uel ab, uel datiuū. Interdū accusatiuum cū præpositione per . Casus speciales eodē modo manent in actiua et paſſiua,ut,Maria amatur à matre, et ornatur ab ea uirtutib. Neutrū est, quod finitur in o, et nō habet paſſuum in or, nisi in tertīis personis, quandoq; nominatiuum habent pro supposito.

Ex istis alia habent genitiuum post fe, uel ablatiuum sine præpositione,ut,Bonus homo iracundia caret, et indiget Dei solius. alia datiuum,ut , Maria inseruit matri: et , Sapiens tempori paret. Alia cum præpositione iunguntur, quæ nominantur absoluta,ut,Cœnata deambulo in porticu,Pulcher animus habitat in pulchro corpore . Alia habent ablatiuum sine præpositione,ut,Ardeo amore recti, Malus flagrat cupidine uindictæ.

uindictæ. alia ablatiuū cū præpositione, ut uerba paſſiuā, & ſignificant paſſionem, ut, Desides pueri meri-
 tò uapulant à præceptore. Sed multa habent accusati-
 uum ſignificantē rem uerbi, ut, Seruio ſeruitutem, Cur-
 ro curſum, Viuo uitā. Sum, es, eſt, ponitur inter neu-
 trā, quod ante ſe habet nominatiuū, poſt ſe interdum
 nominatiuū, quū res pertinet ad idē, ut, Virtus eſt ma-
 ximum bonū: & genitiuū, ut, Liber hic eſt Mariæ: &
 datiuū, ut, Eruditio eſt omniibus magnæ uoluptati: &
 ablatiuum, ut, Sis puella probo ingenio. Adduntur cō-
 posita huius uerbi undecim, adſum, abſum, &c. quæ
 poſt ſe recipiunt datiuum, adſum uirtuti, deſum uitio.
 Cōmune uerbū finitū in or ſine actiuo in o, et retinet
 ſignificationem actiuā & paſſiuam. Quū capitur in
 ſignificatione actiuā, habet conſtructionem uerborum
 actiuorum: quū in paſſiuā, uerborum paſſiuorum: ut,
 Ego ueneror probitatem, Probitas ueneratur à me.
 quod tamen eſt rarius, & ſunt hæc perpaucā. Depo-
 nens finitū in or, ſine actiuo in o, & alteram ſignifi-
 cationem retinet, actiuam in pluribus. Hæc uerba pro
 ſupposito, quemadmodum & cætera, nominatiuū
 habent: poſt ſe uero alia genitiuum, ut, Miferere
 communis naturæ, Recordare accepti beneficij. alia
 datiuum, ut, Dominare cupiditatib. Obsequere bene
 monentibus. alia accusatiuū, ut, Sequere Deū, & nā-
 ciscēris beatitudinē. alia ablatiuū ſine præpositione:
 ut, Vtor

ut, ut, non fruor pecunia. alia cū præpositione, quæ passionem significant, ut, Ex paucis uerbis magnum bellum oritur. Habebit formulam, omnia uerba recipere datium, in re cuius designatur utilitas, uel cōmodum, uel damnum, ut Cato docebat sibi suum filium, perdo tibi tuam pecuniam. Sæpe ex proprietate latini sermonis, quam facilius est intelligere, q̄ explicare: ut, Ego tibi hunc hominē bellissime tractavi. Tum et nominatum habet post se, quum pertinet ad idem quod suppositum, ut, Ego disco libens literas, in seruio tibi latus, tu uocaris Maria, tu diceris, prædicaris, scriberis, putaris, haberis bonus: recta cōscientia uiuit semper lata, expeditus currit celerior. Istorum omnium satis erit in singulis species unū aut alterum, ad summum tria exempla proponere. Inter loquendum uero aut legendum annotari poterit, quæ uerba ad quas species pertineat. Sic fiet in uerbis impersonalibus, & in alijs quæ dicemus. danda est opera, ut exempla sint interdum grauia, quæ sancte illam erudiant: interdum festiva, quæ delectent. Admiseruntur castæ & puræ aliquæ fabellæ, quæ animum eius reficiant, & redin-tegrent, tum etiam excitent.

PARTICIPIA.

DEINDE sequuntur participia, quæ Latini habent trium temporū, et unde formātur. Hæc explicabuntur, & quæ significant actionem, quæ pas-sionem.

sionem. Ante se nullum habent casum, post se uero casum sui uerbi, ut inferiens foro, dilectus à patre, caritatus uitio, docendus à bono magistro.

VERBALIA.

Sunt quædam uoces, quæ habent participiorū fāciam, & sunt nomina, quæ tempus non denotant: ut amans librorum, homo uenerandus, uerbalia nominantur. Sunt & uerbalia in or, quæ formantur ab ultimo supino, ut amator, suasor: & alia fœminina in trix, que fiunt à uerbalibus in tor, ut amatrix, genitiuo iunguntur. Sciet, quæ participia quibus uerbis uel adiunt uel desunt: & uerba, quæ formulas generales in inflexione sequuntur, quæ non. Illa etiam quæ anno mala dicuntur, uel defecti, ut aio, inquio, salue, uale: uel uaria declinatione, ut fero, tuli. postea, quæ multiplicē habet constructionem, id est, quæ uarijs iungi possunt casibus, ut recordor hāc rem, & illius rei: postulo te huius criminis, & de hoc criminе: qua de re scripsit libellum Antonius Mancinellus, quem thesaurum appellauit. Hæc quū erunt semel utcunq; exposita, neq; enim tradi exactè necesse est, adhibebitur compendium grammaticæ Thomæ Linacri, & Libellus de constructione, qui circūfertur Erasmi nomine. simul & eiusdem Colloquia, ex quibus retinebit aliquot uocabula & loquendi formulas, quibus in sermone quotidiana utetur: quas subinde expediet ab ea reposcere, ne excidant,

dant, & iubebitur alios sic alloqui. Expediet cōscribi illi dialogos aliquot ijs de rebus, in quib. quotidie uer satur, ut illis latine nominādis assūescat: uelut de indu mentis, de partibus ædium, de cibis, de partibus tem poris, de instrumentis musicis, de supelleclile. Vocabulorū ueræ & propriæ significatiæ, explanabūtur, ne impropriæ utatur. Tū differentiæ, inter illa que si milia uidentur: et cōgruentiæ, inter ea que dissimilia. In hoc proderit non totum Vallā enarrare, sed quædā ab illo excerpta, qualia Nebrissensis collegit, & Antonius Mancinellus. Sed acri opus est iudicio, ne friu las, aut parum obseruatas, aut falsas quoq; præceptor tradat: cuiusmodi sunt haud sanè paucæ in Valla, Nonio, Seruio, Donato, sed maximè in Gellio. Etymolo gias quoq; multorum, cur dicta sint, accipiet. Sic enim uerius & certius tum intelliget, tum continebit, & ea cognitione delebitur: multiq; in his latet peritiæ, modo rectè et acutè expendātur, nec undecūq; friu le aut ridiculæ petātur: quod fecerūt patrū & auorū memoria, qui hanc partē tractandā suscepérāt, Latini & Græci sermonis penitus ignari. Annotabuntur ei, quæ usu in eruditoru barbara uocabula usurpantur: et quæ sunt quidē latina, sed inuersæ significationis.

EXERCITATIO LATINE SCRIBENDI.

INcipiet hoc loco oratiūculas ex Anglico in latinū uertere. faciles initio, paulatim difficiliores. per omnia

omnia genera & formulas uerborum: sed partim graves et sanctas, partim festivas et urbanas. Simul cum his discet Catonis disticha, & mimos Publianos, & sententias septem sapietum, quae omnia codice libello ERASMVS coiunxit, & explicavit. Ediscet ex illis sententiolis aliquot uitae maxime utiles, quas habeat in posterum, uelut antidota aduersus uenenum, & prosperae fortunae, & iniquae. Discatque iam nunc in hac tenera etate ueras & incorruptas opiniones, ut ea sola bona putet, quae uere sunt talia, uelut uirtutes et eruditione: ea mala, quae re uera mala, ut uitia et ignorantiam, et stultitiam: ne mala pro bonis accipiat, aut econtrario: ne te nuibus & exiguis rebus tanquam magnis capiatur & mouetur: ne etiam magna & precciosa tanquam uilia contenantur. Delectabitur interim fabellis, quae uitam erudiunt, quas ipsa alijs referre possit, ut de Papyrio Prætextato puero apud Gelli, de Iosepho in sacris libris, de Lucretia in Liuio, de Griselide, & alijs, ut ex Valerio, Sabellico, & huius notæ scriptoribus, quae pertinebunt ad aliquam commendationem uirtutis, aut detestationem uitij. Habeat Dictionarium Latinum & Anglicum, quod sepe consulat, ut sciat, quid quodque uocabulum significet. Res quum non intelliget, explicabuntur a præceptore. Turpium & fœdarum rerum uocabula nec intelligat, nec si fieri possit legat, uel audiat. Conficiat sibi libellum ex uacua charta, in quo sua manu conscribat

scribat sententiolas, quas memoriæ mandatura est,
eritq; ei uice cuiusdam enchiridiij.

REDITVS AD PRIORA
EXACTIVS.

Poterit hoc loco repetere, quæ de quinq; uerbo
rum generibus dicta sunt. Post ad uerba quæ
dicuntur impersonalia, quorum alia sunt actiuæ uocis,
alia paßiuæ. Actiuæ uocis cur dicantur, et eorū
esse species quinq;: aliorū quæ ante se habent genitiū
post se infinitiū, ut, Interest huius parasiti adulari.
quæ datiuum, & post infinitiū, ut, Stulto non placet
audire uerum. quæ possunt esse personalia, mutata cō
structione, ut, Tu proba placebis matri. alia quæ ante
se accusatiū post infinitiū, ut, Decet nobilem nō
suberbire. alia quæ ante se accusatiū, post genitiū,
uel infinitiū, ut, Pœniteat te peccati, aut peccasse.
alia quæ quum adduntur uerbis impersonalibus sunt
impersonalia, & habent constructionem eorū: cū ue
rò personalibus, sunt personalia, ut, Incipit me tædere
ludi huius, et, Ne incipias senex insanire: Nō potest
Athenienses pœnitere Phocionis, qui unus poterat,
& solebat, stultas illorum consultationes improbare.

Verba impersonalia paßiuæ uocis, sunt similia ter
tijs personis singularibus uerbi paßiui. Veniunt ab
actiuis & neutrīs, nullum habent suppositum, post
se uerò casum uerborum, à quibus descendunt, ut, A
nobis,

nobis auditur, à uobis statur in cubiculo, sedetur in triclinio, aestur, bibitur affatim. Si quis addat suppositū, sit passiuum, ut, Scribitur liber. Sequitur constructio infinitiūorum. illa est vulgaris, ante se habere accusatiūm pro supposito, post se casum sui uerbi, ut, Me legere tibi librum, erit utile. Adduntur uerbis, in quibus diligenter est animaduertenda constructio: nam sunt multa uerba, quae ante se, et post se etiam in teriecto infinitiuo eundem casum requirunt, quum res pertinet ad idē. Exemplis res est declarāda, Ego uolo pudica esse, Tu uelles fuisse ad tales epulas invitatus. nisi si quis adderet accusatiūm ante infinitiuum: ut, Ego uolo me esse literatam. Iam in alijs, Socrates non potest esse ferox, Maria existimat̄ur et dicitur esse castissima. et in hoc uerbo uideor: Ego uideor tibi esse literata, Tu uideris mihi esse sancta, Romani uidetur nobis nimis cupidi belli et pecuniae, Dico uos uiderisimias, Mibi licet esse doctae, Tibi uacat esse diserto. Hinc de constructione gerundij et supini, quae est apud Vallam, et ex illo apud recentiores istud annotabitur, gerundium adiecliuum non uenire nisi à uerbo, cui additur accusatiūs, et ratione illius casus. non enim dicimus, Veni huc tui seruendi causa, uel ad carrendam uoluptatem: nec, ad scribendū te, uel scriben-
do tibi, ut sit adiecliuum: sed, causa obscurandi tui, cogito de te docenda, propter uos erudiendos. Commo-

c dum

dum nunc erit explanari uim potentatiui modi, quæ sunt uoces temporum subiunctiui: ut, Tu uirgo hoc di-
cas? Quis crederet mēdaci? Peccaueris sanè, sed semel.
Nemos sic dixisset, nunquam accessero prauis consulto-
ribus. His cognitis uenietur ad significationem & syn-
taxin reliquarū partiū orationis. De uī pronominis,
de aduerbio, de præpositione, de coniunctione. Qui-
bus addatur uerbi modis, & quomodo coniungat. In-
teriectio cur sit ita appellata, quod per affectū inter-
ponatur orationi, ut, Magnum heu fecerat nefas. Po-
terant ista dici à me fuis, sed admonere satis habui,
quæ ab alijs essent copiose tractata; quæ omnia usus et
lectio autorum explanabit & expoliet, reddetq; ut
apertiora, sic etiam certiora.

S E R M O.

Lequatur cum præceptore & cum discipulis
latine, quas habeat tres aut quatuor. nam solā
institui non conductit: sed nec plurimæ sint, & ea puel-
lae, atq; etiam seculissimæ, liberaliter & sanctissime
educatæ: à quibus nihil audire posſit, aut discere, quod
mores corrumpat, quorū prima semper debet esse cu-
ra. Stimuletur modo præniolis, modo contentione &
æmulatione: laudetur ipsa, laudetur & alia, ipsa audiē-
te. Conabitur exprimere, quæ apud autores legerit: et
quæadmodū alios audierit loquētes, quos putet erudi-
te resse, attēte auscultatos, sic & loquetur ipsa: in quo
est initia-

est imitatio, res in studijs non parū utilis, præsertim tenere ætati, quæ nihil melius quām imitatur. Nec solum uoces æmulabitur, sed pronunciationem quoq; ne in accentibus peccet.

ACCENTVS.

DE quibus cognoscat initio generalia præcepta, duo in primis in sermone latino: penultima syllaba longa, in ea est accentus, ut, Parentis. Altera, penultima breui, in antepenultima est accentus, quantacūq; sit, ut, Hominis, Dominus. In ultima nullæ latīnæ dictiones accipiūt accentū, præter pauca inflexibilia: ut, porrō, inā, illō. in desyllabis omnib. accentus est in penultima, præter ea quæ dixi, indeclinabilia. Tū licebit uniuersalia illa cognoscere, De uocali ante uocalē, quæ est breuis: de uocali ante duas consonantes, aut cōsonantē uim duarū habentē, que longa: et omnis syllaba diphthōgo scripta, longa est. anxia illa de syllabarū quātitate, uel aliās discet, uel non eget scēmina, quod magis puto. Obseruabit institutor, quē admodū loquetur, uitaq; tū sermonis, tū linguae sedulo repurgabit, ne hærere finat. Ostēdet rationē, cur uel solœcismū castigarit, uel barbarismū, uel uitiosam pronuntiationem. Admonebit ut uitet, ne iterū idē peccet, si rursus eodem relabatur, admoneat prioris errati.


ANNOTATIONES.

HAbeat librū chartaceum maiusculum, in quo
c a manu.

manu sua annotet tum uerba, si qua inter legendum
graues autores inciderunt, uel utilia usui quotidiano,
uel rara, uel elegantia: tum loquendi formulas, argu-
tas, uenustas, lepidas, eruditas, tum sententias graues,
facetas, acutas, urbanas, salsas: & historias, ex quibus
exemplum uitæ suæ possit petere. Aduertet etiam
ubi, & quemadmodum Grammaticorum seruentur
præcepta, ubi negligantur: nam ars grammatica ex
usu autorū nata est, ideo hic est arti præferendus, qui
discrepani. ars tamen necessaria est, quæ rectè et emē-
date loqui ex obseruatione docet. Autores in quibus
uersabitur, iij erunt, qui pariter & lingua, & mores
excolant atq; instituant: quiq; non modò bene scire do-
ceant, sed bene uiuere. huiusmodi sunt Cicero, Seneca,
Plutarchi opera, quæ sunt à uarijs uersa: aliquot Pla-
tonis dialogi, præsertim qui ad rem publicam guber-
nandam spectat: Hieronymi epistolæ, et quædam Au-
gustini opera, E R A S M I institutio principis, Enchi-
ridion, Paraphrases, et alia eius permulta pietati uti-
lia, Thomæ Mori Utopia. Historiam poterit leuiter
cognoscere ex Iustino, & L. Floro, & Valerio Ma-
ximo. Inter hæc omnia & cum surgit è lecto, & cum
it cubitū, aliquid quotidie ex Nouo testamento legat.
Sunt & Christiani poëtæ, quos iucundum fructuo-
sumq; erit legere, uelut Prudentius, Sydonius, Pauli-
nus, Arator, Prosper, Iuencus, qui multis in locis pos-
sint

Si ut cum quis ueterum certare, elegantia carminis
dico. nam rebus tanto sunt superiores, quantum bona
malis præstant, & humanis diuina. Quū hos leget,
habeat uocabularium latinæ linguae, Calepinum scili-
cet, aut Perotum, ad quē recurrat hærens in latina uo-
ce. Hanc puto esse rudē studiorū delineationem: exa-
mora tempus admonebit, & prudentia tua inueniet.

F I N I S .



IOANNIS LVD OVI
CI VIVIS VALENTI
NI, AD SAPIENTIAM
introductio.



E R A sapientia est, de rebus incorru-
pte iudicare, ut talem unamquamque
existimemus, qualis ipsa est: ne ui-
lia se clemur, tanquam preciosa, aut
preciosa tanquam uilia reijciamus.

c 3 ne

ne uituperemus laudanda, néue laudemus uituperanda.

- 2 Hinc enim error omnis in hominum mentibus, ac uitium oritur. nihilq; est in humana uita exitiabilius, quam depravatio illa iudiciorum, quū rebus non suum prēcium redditur.
- 3 Quocirca perniciose sunt uulgi opinione, quæ sūltissime de rebus iudicant.
- 4 Magnus erroris magister, populus.
- 5 Nec aliud magis laborandum est, quam ut sapientiæ studiosum à populari sensu abducamus, et uindicemus.
- 6 Primum omnium suspecta illi sint, quæcūq; multi tudo magno cōsensu approbat: nisi ad illorum normā reuocarit, qui singula uirtute metiuntur.
- 7 Absuetat unusquisq; iam tū à puerō, ueras habere de rebus opiniones, quæ simul cū ætate adolescent.
- 8 Et ea cupiat, quæ recta sint: fugiat, quæ prava. ut absuetatio hæc bene agere, uertat ei propè in naturā: ut non posset, nisi coactus et reluctans, ad male agendum pertrahi.
- 9 Eligenda est optima uita ratio, hanc consuetudo iucundissimam reddet.
- 10 Tota reliqua uita ex hac puerili educatione pēdet.
- 11 Ergo in curriculo sapientiæ, primus gradus est, ille quateribus celebratissimus, S E I P S V M N O S S E.

DIVI

DIVISIO RERVM.

Homo ex corpore constat & animo. Corpus ¹² habemus ex terra, & his elementis quae cernimus ac tangimus, corporibus bestiarum simile.

Animum diuinitus datum, angelis & Deo simile, ¹³ unde censetur homo: & qui solus meritò esset homo appellandus, ut maximis uiris placuit.

In corpore sunt forma, sanitas, firmitas, integritas, ¹⁴ robur, celeritas, delectatio. & his contraria, deformitas, morbus, mutilatio, imbecillitas, tarditas, dolor, & alia corporis seu commoda, seu incommoda.

In animo eruditio, & uirtus: & contraria, ruditatis, uitium.

Extra hominem sunt diuinitæ, potentia, nobilitas, ¹⁶ honores, dignitas, gloria, gratia. & contraria his paupertas, inopia, ignobilitas, uilitas, dedecus, obscuritas, odium.

RERVM NATVRAE AC
PRECIA.

REgina & princeps rerum omnium præstata-¹⁷ tissima est VIRTUS: cui reliqua omnia, si suo uelint officio defungi, ancillari oportet.

Virtutē uoco, pietatē in Deū et homines, cultū Dei ¹⁸ & amorem in homines, uoluntatemq; beneficiandi.

Reliqua si quis ad uirtutem hanc referat, non malauidebuntur.

- 20 Nec qui primum hæc nuncupauere bona, sic de il-
lis senserunt, ut nunc uulgi: quod ueros illos ac natu-
rales significatus corrupti, unde et rerum estimatio-
nes mutatae sunt.
- 21 Sic enim sunt intelligenda hæc, quatenus cœsentur
bona. Diuitiae sunt non gemmæ, aut metalla, non ma-
gnifica ædificia, uel supellex instructa: sed, nō ijs care-
re, quæ sunt ad tuendam uitam necessaria.
- 22 Gloria, bene audire de uirtute,
- 23 Honor, ueneratio ob uirtutem.
- 24 Dignitas, recta hominū opinio de magna uirtute,
- 25 Potentia et regnum, habere multos quibus probè
ac rectè consulas.
- 26 Nobilitas, exccllentia actuum esse cognitum. uel
à bonis prognatum, similem parentum se præbere.
- 27 Generosus est, ad uirtutem à natura optime com-
positus.
- 28 Sanitas, talis habitudo corporis, ut ualeat mens.
- 29 Species, lineamenta corporis, quæ animum forma-
sum ostendant.
- 30 Vires et robur, ut exercitijs uirtutis sufficias, ne
facile defatigeris.
- 31 Voluptas, delectatio pura, solida, et diurna, qua-
lis capitur ex ijs solis, quæ ad animum pertinent.
- 32 Si q̄s hæc aliter, ut à populo uidelicet intelligūtur,
discutiat ac expēdat, reperiet inepta, uana, noxia eſſe.

Primum

Primum externa omnia uel ad corpus referuntur, 33
uel ad animum: ut diuitiae ad tuendam uitam, honor ad
iudicium uirtutis.

Corpus ipsum nihil aliud est, quam tegumentum 34
uel mancipium animi, cui ex natura, ex ratio, ex Deus
ipse iubent subiectum esse, ut brutum sentienti, morta
le immortali ac diuino.

Porro in ipso animo eruditio in hoc paratur, ut co 35
gnitum uitium facilius fugiamus, cognitam uirtutem
facilius persequamur, teneamusque; alioqui superuaca
nea est.

Quid aliud est uita, quam peregrinatio quaedam, 36
tot undique casibus obiecta ex petita: cui nulla hora non
imminet finis, qui potest leuisimis de causis accidere.

Quare stultiissimum est, cupiditate tam incertae ui 37
tae foedum aliquid, aut prauum agere.

Et quemadmodum in uia, sic in uita, quo quis ex- 38
peditor, ex paucioribus sarcinis implicitus, hoc leuius
ex iucundius iter facit.

Tum natura humani corporis ita constitutum est, 39
ut paucissimis egeat: ut si quis animaduertat, haud du
bie insaniae damnet eos, qui tam multa tam anxie con
gerunt, quum sit tam paucis opus.

Diuitiae namque, ex possessiones, ex uestimenta in 40
usum tantum parantur: quem non adiuuant immense
opes, sed opprimunt, ut nauem ingentia onera.

- 4¹ Nec aurum, si non utare, à coeno differt: nisi quod
magis angit eius custodia. Et efficit, ut dum ubi uniuersi-
tates, ea negligas, quae maxime sunt homini curanda.
- 4² Est enim pecunia idolorum seruitus, quum ei reli-
qua post habentur, nempe pietas et sanctum.
- 4³ Ut transeam, quot insidiæ diuinitijs tēduntur, quot
et quam uarijs casibus percunt, in quam multa uitia
detrudunt.
- 4⁴ Culta uestimenta quid aliud sunt, quam superbie
instrumenta?
- 4⁵ Vtile indumentum excogitauit necessitas, precio-
sum luxus, elegans uanitas: suborta est in uestitu con-
tentio. haec multa docuit superuacanea et damna, dum homines etiam ex eo quod infirmitatem nostrā
arguit, honorem captant.
- 4⁶ Ita diuinarum pars maxima, aedificia, supellec nu-
merosa et opulenta, gemmæ, aurum, argentū, ornamē-
torum omne genus, spectantium oculis et comparā-
tur, et exponuntur, non possidentium usibus.
- 4⁷ Iam nobilitas quid est aliud, quam naſcediſors et
opinio, à populi stultitia inductus ut que ſepenum-
ro latrocinijs queritur.
- 4⁸ Vera et solida nobilitas à uirtute naſcitur. Stul-
tumq; est, gloriari te parentem habuisse bonum, qui
ſis ipſe malus, et turpitudine tua dedecoris pulchri-
tudini generis.

Sed

Sed certe omnes ex eisdem constamus elementis, 49
 & idem omnium pater Deus.

Ignobilitatem contemnere, hoc est, Deum nascendi 50
 autorem tacite reprehendere.

Potentia quid est aliud, quam speciosa molestia² in 51
 quasi quis sciret, quae solitudines, quae anxietates
 insint, quantum malorum mare, nemo est tam ambitio-
 sus, qui non eam fugeret, ut grauem miseriam.

Quantum est odiū, si regas malos? quanto maius, 52
 si malus ipse?

Honor si ex uirtute non oritur, prauus est: si ex 53
 uirtute, hoc praefat uirtus, ut is negligatur. aliter uera
 non erit uirtus, si quid honoris facit gratia: sequi enim
 debet honor, non expeti.

Dignitates, quis potest sic appellare, quoniam indignis- 54
 simis quoque hominibus contingent? nempe fraude, am-
 bitione, præmijs, pessimis artibus quaesitæ.

Et gloria, est ne aliud quam ut ille dixit, Aurium 55
 uana inflatio?

Ex qua, ut honore & dignitate nihil omnino ad 56
 eum pertingit, de quo sunt, & incertæ, uagæ, iniquæ,
 momentaneæ sunt, similes parentis suæ multitudinis:
 quæ eodem die eundem hominem & cōmenidat atq;
 euehit summe, & uituperat ac deprimit extremitate.

Quid dicam nasci hæc ex rebus partim deriden- 57
 dis, partim stultis, partim sceleratis: sicut ludo pilæ
 profusione,

profusione patrimonij in comedationes, scurras, mimos: bello potissimum, hoc est, impunito latrocinio, quo magis uulgi dementiam agnoscas?

58 Secedat in se unusquisque; ac solus cogitet, inueniet quām parum ad se attingat ex fama, rumoribus, uene ratione, honore populi de quibus gloriatur.

59 Quid in somno, quid in solitudine inter summū regem interest, et infimum seruum?

60 Denique sic unusquisque sentiat, nobilitatem, honores, potentiam, dignitates ex prisca hominum persuasione, quam Christus animis suorum ademit, nata et relictæ esse: et in Christianos homines inuecta, tanquam lollium, quod hostis diabolus aspersit bona segeti Dei.

61 In corpore ipso quid est forma? nempe cuticula bene colorata. si intraria cerni possent, quanta uel in corpore speciosissimo cerneretur fœditas?

62 Lineamēta et corporis decor quid iuuant, si turpis sit animus? et sicut Græcus ille dixit: In hospitio pulchro hospes deformis?

63 Robur quorsum pertinet in homine, quū res maxime et homine dignae, non uiribus neruorum gerantur, sed ingenij?

64 Nec uiires quantumcumque dugentur, maiores erunt quām tauri uel elephati. ratione illos, ingenio, uirtute superamus.

65 Transco quod forma, uiires, agilitas, et ceteræ corporis

poris dotes, ut flosculi celeriter marcescūt, exiguis ca
sibus diffugiunt: uel una febricula ualidiſimum quā
dōq; hominem concutit, & ſummu[m] decorem tollit.

Vt nihil accidat, certe neceſſe eſt illa omnia cū æta
te flaccescere ac decidere. 66

Nemo ergo potest extēra iure ſua dicere, quæ
tam facile ad alios tranſeunt: nec corporea, quæ tam
cito auolant. 67

Quid quòd hæc quæ multi admirantur, magnoru[m]
uitioru[m] ſunt cauſæ: uelut i[n]ſolentiæ, arrogatiæ, ſocor
diæ, ferocitatis, liuoris, emulationis, ſimultatū, rixa-
rum, bellorum, cædis, ſtragiſ, cladis? 68

Deleſatio corporis, ut corpus i[p]ſum, uilis ac pe-
cudina eſt, quaſaepius et uehementius, & diutius pe-
cora quam homines perfruiuntur. 69

Ex hac quum morbi pleriq[ue] ad corpus redundat, 70
& ad rem familiarem per magna damna: tum ad ani-
mū certa pœnitentia, & hebetudo ingenij, quod deli-
cijs corporis extenuatur ac frāgitur: denique odium
uirtutum omnium.

Nec aperte frui licet: nam ut dedecet generofitatē
noſtræ mētis, ita nemo tam perditus eſt, qui[n] cas eru-
bescat apud arbitros capere. pariūt enim ignominia,
idcirco tenebras & latebras querunt. 71

Quid quòd ſunt fugaciſſimæ, & momētaneæ, nec
retineri illa ui[us] poſſunt, nec unquam ueniunt puræ,
cuiuscunq[ue]

cuiuscunque amaritudinis expertes?

- 73 Ergo exclusis uulgis sensibus, maximum malum putato, non paupertatem, aut ignobilitatem, aut carcerem, aut nuditatem, ignominiam, deformitatem corporis, mortos, imbecillitatem: sed uitia, et his proxima, inscitiam, stuporem, dementiam.
- 74 Magnum bonum credito horum contraria, uirtutem, et quae huic sunt finitima, peritiam, acumen ingenij, sanitatem mentis.
- 75 Reliqua uel externa, uel corporis si habes, produrrunt tibi ad uirtutem relata: oberunt, ad uitia. Si non habes, caue ne queras uel cum minimo dispendio uirtutis.
- 76 Prolixus questus est pietas cum sufficientia. Fama, tametsi nihil agendum est ut uidearis, conseruanda tamen est integra, quod interdum ea cura a multis nos turpibus cohibet, sed praecipue in exemplum ceterorum.
- 77 Vnde preceptum illud sapientium et sanctorum uirorum: Nec malum faciendum, nec eius simile.
- 78 Quod si hoc assequi non possumus, conscientia debemus esse contenti: et quum tam depravati erunt hominem sensus, ut quae sunt optima, putent esse scelerissima: tunc laborandum erit, ut interna et externa soli Deo approbemus, idque abunde nobis sufficiat.
- 79 Etiam mala, quae dicuntur corporis, uel fortunae, licebit in bonum uertere, si patienter feras: et tanto sis

sis ad uirtutem promptior, quo minus tibi in illis succedit, ac proinde es expeditior.

Sepenumero ex damnis corporis, uel externorū, magna sunt accessiones uirtutibus natae.

DE CORPORE.

ET quoniam in hac nostra peregrinatione animum gestamus in corpore inclusum, maximq; opes in uasis fictilibus, non omnino repudandum nobis est, et contemnendum corpus.

Sic curandum tamen, ut se non dominum, non solum esse sentiat, sed mancipium: nec sibi pasci aut uiuere, sed alteri.

Quo curatius est corpus, hoc animus neglegitior.

Quo mollius habetur corpus, hoc acrius menti relucatur: et ut equus delicate pastus, scissorem excutit.

Grauis sarcina corporis animū elidit, acumen ingenij, sagina corporis, aut indulgentia retundit.

Cibi, somni, exercitationes, tota corporis curatio, ad sanitatem referenda est, non ad uoluptatem: ut animo prop̄tē inferuiat, nec ferocia cultus in solecat, ne uarium inopia decidat.

Nihil est quod æquae et uigorem mentis debilitet, et robur ac neruos corporis infringat, ut uoluptas. quippe uires omnes et corporis et mentis, opere ac labore vegetantur, ocio et molicie uoluptatis languescunt.

Mundicias

- 88 Mundicies corporis et uictus citra delicias aut morositatem, ad uiletudinem & ingenium confert.
- 89 Abluſſus ſubinde manus, et facie frigida, detergesque mundo linteolo.
- 90 Repurgabis crebro eas partes, quae ſordibus & recrementis ad extima corporis meatus praebent.
- 91 He sunt, caput, aures, oculi, narcs, axillæ, & pudē
- 92 Pedes mundi & calidi foueantur. (da.)
- 93 Arceatur frigus quam ab alijs partibus, tum uel maxunè à ceruice.
- 94 Ne statim edas à quiete, nec ante prandium, niſi tenuiter.
- 95 Ientaculum enim ſedando ſtomacho, aut refocillando datur corpori, non ſatiatati.
- 96 Ideo tres aut quatuor panis bucce & ſufficiunt, ſine potionē, aut certe exigua, atq; ea tenui, ſalutare hoc non minus ingenio, quam corpori.
- 97 In prandio & coena affueſce non uesci, niſi ex uno obſonij genere: eodem ſimpliciſſimo, & quantum per facultates licet ſaluberrimo, quamuis multa mensa inferantur: & ſi tua fit mensa, noli admittere.
- 98 Varietas ciborum homini pestilens, pestilentior condimentorum.
- 99 Munda & pura parſimonia, temperatis & caſtis animis congruens, conſeruatrix rei familiaris: et quæ ſola efficit, ne multis indigere nobis uidcamur, nec ſuscipiamus

scipiamus pessima facinora quæstus gratia, quo gula
morē geramus, irritatæ uel luxu, uel lauticijs, uel deli-
catis nimium & exquisitis cibis.

Tum præstat, ut quæ adsunt non modò nobis sufficiant, sed ex eis liceat egentibus impari.

Ostendit hoc Dominus exemplo sui, qui post exaturatam multitudinem, reliquias perire panum & pi-
scium non est passus.

Natura necessaria docuit, quæ sunt pauca, & para-
bilia. Stultitia superflua excogitauit, quæ sunt infini-
ta, & difficultia.

Naturæ si des necessaria, delectatur, & robora-
tur, tanquam proprijs: si superflua, debilitatur, &
affligitur, tanquam alienis.

Stultitiam necessaria non explet: superflua quū obruant, non satiant.

Potus erit, uel naturalis ille, uniuersis animanti-
bus incommune à Deo paratus, pura et liquida aqua,
uel tenuissima ceruisia, uel uinum bene dilutum.

Nihilest quod iuuenum corporib. magis officiat, quam calidus cibus, aut potus. incendit enim & euxu-
rit eorum uiscera, agitq; in libidinem & temeritatem
præcipites.

Accœna ne bibe: aut si id admonet sitis, sume humi-
dum aliquid & frigidiusculū, aut perpusillum tenuis
potiunculae.

d

Integ.

- 108 Inter eam potionem & quietem, interpone quum
minimum hore dimidium.
- 109 Leuaturus animum, fac cogites, quam exiguū tem-
pus datum sit uitæ hominum : ex illo non oportere
multum descindi ad lusus, ad comedationes, ad puerili-
tates, ad ineptias.
- 110 Breue spacium esse uitæ nostræ, etiam si totum bo-
næ menti impenderetur.
- 111 Nō esse nos à Deo creatos ad lusum, aut nugas, sed
ad seria, ad moderationem, modestiam, temperantiam,
religionem, omne genus uirtutis & laudis.
- 112 Morbos corporis, morbis animi ne curaueris.
- 113 Exercitationes corporis non erunt immodecæ ca-
terum aptandæ rationi ualitudinis . in quo sequenda
erunt medicinae consiliorum consilia.
- 114 Sic tamen, ne quid habeant turpe, immodestum, ob-
scenum, flagitiosum. etiam in remissionibus, & refe-
ctionibus animi, ad sit aliqua memoria uirtutis.
- 115 Absit arrogantia, contentio, rixa, inuidia, cupiditas:
qui enim conuenit cruciare animum, dum delectare stu-
des? non aliter quam si fel infundas in id mel, quod cu-
pis esse quam dulcissimum.
- 116 Somnus sumendus est tanquam medicina quedam;
curando corpori: tantummodo quantus sufficit. immo-
dicus enim reddit corpora redundantia noxijs humo-
ribus, segnia, pigra, lenta, et celeritatē mentis tardat.

Nec

Nec est existimandum uitæ id tempus, quod ^{so} 117
mno impenditur: uita enim uigilia est.

DE ANIMO.

IN animo due sunt partes: illa quæ intelligit, me- ¹¹⁸
minit, sapit, ratione, iudicio, ingenio utitur ac ua-
let. hec pars superior appellatur, et proprio nomine,
Mens: qua homines sumus, qua Deo similes, qua cæ-
teris animalibus præstamus.

Est altera ex coniunctione corporis bruta, fera, ¹¹⁹
atrox, bestiæ quam hominis similior: in qua sunt mo-
tus illi, qui siue affectus, siue perturbationes nominā-
tur. Græcè ~~πάθη~~, arrogātia, inuidentia, malevolentia,
ira, metus, mœror, cupiditas, stulta gaudia. pars infe-
rior nominatur etiam Animus, qua nihil à beluis dif-
ferimus, & quam logiſime discedimus à Deo, extra
morbum & perturbationem omnem posito.

Hic est naturæ ordo, ut sapientia regat omnia, pa- ¹²⁰
reat homini cætera, quæ uidemus. in homine uero cor
pus animo, animus menti, mens Deo. Si quid hunc or-
dinem egreditur, peccat.

Ergo peccatum est in homine perturbationes illas ¹²¹
tumultuari, ſeuire, ac trahere ad ſe ius & ditionem
totius hominis, ſpreta & contempta mente: mentem
etiam relicta Dei lege, animo & corpori ſeruire.

DE ERUDITIONE.

IDcirco mentii indita est uis intelligēdi, ut singula ¹²²
d 2 expendata

expedit, sciatq; quid factu bonū sit, quid secus: et uis uolendi summa, ut imperio huius nihil sit in animo, quod nō pareat, si illa cōtēdat, nec de iure decedat suo,

123 Ingenium multis artibus, & humanis, & diuinis excolitur & acuitur: instruiturq; magna & admirabilis rerum notitia, quo exactius singulorum naturas & precia cognoscat: possitq; uoluntatem docere, quid sequendum bonum, quid uitandum malum.

124 Igitur fugiendae artes illæ, quæ cū uirtute pugnat, quales sunt diuinatrices omnes, quæ à Græcis magis dicuntur: ut, chiromantia, pyromantia, necromantia, hydromantia, etiam astrologia: in quibus est plurimū exitiabilis uanitatis, excogitatæ ab impostore nostro diabolo.

125 Tractantq; & profitentur id, quod sibi uni Deus reseruauit, futurarum & abstrusarum rerū peritiam.

126 Nec inquirendum in Dei maiestatem, & arcana à cognitione nostra procul remota, à quibus Deus hominem arcuit.

127 Qui scrutatur maiestatem, opprimetur à gloria.

128 Et Paulus iubet nos non plus sapere, quam oporteat: sed sapere ad moderationem. Hebræus quoque concionator inquit: Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus.

Et arcana

Et arcana illa quæ uidit, negat licere homini eloqui. 129

**Vitanda ars omnis à dæmone tradita, cum quibus 130
uelut Dei hostibus nullū debet nobis esse commerciū.**

**Nec expedit uel philosophorum, uel hereticorum 131
opiniones, pietati nostræ contrariadas, cognoscere: ne
quem scrupulum subtilis artifex diabolus in animos
nostros injiciat, qui nos nimium torqueat, etiam ad-
ducat in exitium.**

**Non attingendi autores spurci, ne quid sordium 132
animo ex contagio adhæreat.**

Corrumpunt bonos mores colloctiones malæ. 133

**Reliqua eruditio munda est, et frugifera, refera- 134
tur modo ad suum scopū, uirtutē, hoc est, recte agere.**

**Est diuina eruditio à Deo tradita, in qua sunt the- 135
sauri omnes scientiæ et sapientiæ reconditi, hæc est ue-
ra mentium lux, reliqua omnis ad hāc collata, densissi-
ma, sunt tenebræ, et ut res hominū ludicra et puerilis.**

**Legitur tamen uel in hoc, quo tanquam ex compa- 136
ratione fulgentior appareat nostra lux.**

**Tum ut testimonij hominum aduersus eos uta- 137
mur, qui diuinis parum acquiescunt, ut uitiosi oculi
auersantes solis spendorē.**

**Ad nos quoq; commonefaciendo, quum in multis 138
gentilium tanta præstantia fuerit uirtutis, quantam
esse conuenit in homine Christiano, discipulo magistri
Dei, cui ex luce pictatis, quam proficitur, magna est
d 3 imposita**

imposita necessitas bene uiuendi.

139 Suppeditant quoq; facundiam & usum, ac prudential uitæ communis, quis non nihil interdum indigemus.

140 Tribus uelut instrumentis fabricamur eruditio-
nem, ingenio, memoria, cura.

141 Ingenium, exercitatione acuitur.

142 Memoria, excolendo augetur.

143 Vtrunque eneruant delitiæ, bona uale tudo confir-
mat, ocia & diuturnæ remissiones profligant, exerci-
tamenta ad manum & in promptu ponunt.

144 Siue legis ipse quid, siue audis, attentus id fac. nec
uagetur mens tua, sed coge illam ibi esse, & agere
quod adest, non alia.

145 Si incipit digredi, paruo murmure eam reuoca. co-
gitationes omnes ab studijs alienas, in aliud tempus
differ.

146 Scito te operam & tempus perdere, si quæ legis,
uel audis, non attendas.

147 Quæ ignoras, ne pudeat querere. Ne erubescas
quouis doceri, quod maximi uiri non erubuerunt. eru-
besce potius ignorare, aut nolle discere.

148 Quæ ignotatibi sunt, ne iactes te scire: sciscitare
potius ab ijs, quos scire credis.

149 Si uiderius doctus, da operā ut sis: nulla est cōpen-
diosior uia, quemadmodum non alia ratione facilius
consequeris.

consequeris, ut existimeris bonus, quam si sis talis.

Deniq; quicquid uideri cupis, fac ut sis, aliter fru- 150
stra cupis.

Falsa tempus infirmat, uera corroborat. 151

Nulla simulatio diurna. 152

Magistrum semper sequere, noli præcurrere: & 153
illi crede, ne repugna.

Ama illum, & parētis loco habe:putaq; uerissima 154
& certissima esse, quæcunq; dicit.

Attende, ut quod semel errasti, emendatus iterū aut 155
tertio ne idem pecces. labora, ut proficiat emendatio.

Illorum decet te præcipue meminisse, in quibus fal- 156
suses, ne te rursum decipient.

Cuiusuis hominis est errare: nullius, nisi insipien- 157
tis, perseverare in errore.

Scito nullum esse sensum, per quem promptius do 158
cemur, quam auditum.

Et nihil facilius, quam audire multa, & nihil 159
utilius.

Nec malis leuia, aut inepta, aut ridicula audire, 160
quam seria, grauia, prudentia.

Pari labore utraq; discuntur, quum sit adeò com- 161
modum dispar.

Ne labores quam multa respōdeas, sed quam apte, 162
& in tempore.

Prandio tuo & coenæ illos adhibe, quite possint 163

instituere, quiq; suavi ac docta colloquione pariter et
exhilarant te ex peritiorem reddant.

¶ 64 Scurras, parasitos, imperite loquaces, aut spurce,
moriones, nugatores, bibaces, et id genus hominum
aptum ad risum mouendum, uel uerbis, uel factis,
nec honore mensæ tuae digneris, nec illi te dum refice-
ris, oblectent: potius iucunda aliqua, et ingeniosa
confabulatio.

¶ 65 Non os modò à turpibus cohibe, sed etiā aures, tan-
quam fenestras animi. memor dicti ueteris, quod citat
Apostolus: Corrumptunt mores probos confabulatio-
nes male.

¶ 66 Siue ad mensam, siue alio quoquis loco diligenter
quid quisq; dicat, ausculta.

¶ 67 Ex sapientibus disces, quo fias melior.

¶ 68 Ex stultis, quo fias cauтор.

¶ 69 Quæ sapientes probarint, sequeris.

¶ 70 Quæ stulti laudarint, uitabis.

¶ 71 Si quid uideris à cordatis recipi, tanquam uel argu-
tè, uel grauiter, uel sapiēter, uel doctè, uel ingeniose, uel
urbane dictū, retinebis, ut et ipse in occasione utaris.

¶ 72 Habebis librum chartaceum, in quo annotabis, si
quid legeris, uel audieris dictum festiuè, aut eleganter,
aut prudenter: uel uocabulum aliquod exquisitum, ra-
rum, utile sermone quotidiano, ut quum usus poscat,
habeas paratum.

Annitere,

*Annitere, ne sola uerba intelligas, sed præcipue
sensa.* 173

*Quæ legeris, uel audieris, fac alijs narres, tū tuis
condiscipulis latine stum alijs lingua tibi uernacula:
et conare, ne minus ipse uel lepide uel uenustè refre-
ras, quam audieris, aut legeris: sic et ingenium exer-
cebis, et linguam.* 174

*Est etiam tractandus, et agitandus saepenumero
stylus, optimus dicendi magister.* 175

*Scribe, transcribe, rescribe, crebro, atq; annota: co-
pone alternis diebus, aut ad summum tertio quoq; epi-
stolam ad aliquem, qui tibi respondat: et tuam osten-
de institutori emendandam mendarum, quas sustule-
rit, fac recordere, ne rursus ad easdem impingas.* 176

*Post cibū, uelut à prandio et coena cesset studiū:
sumpto prādio sede, confabulare, audi aliquid suave:
aut sic lufita, ne nimium corpus exagites et cōcutias.* 177

*Post coenam, quam uolo esse modicam, deambulato
cum iucundo aliquo et docto confabulatore: qui te
sermone oblectet, cuius uerba et sententias imitari
cum decore possis.* 178

*Inter coenam, et quietem uita omnino potū: nihil
perniciosius simul corpori, memoriae, ingenio. quum
urgebit te sitis, si biberis, pone inter potum et lectum
interuallum, quum minimum semihoræ.* 179

Memoriam quiescere non fines. 180

d 5 Nihil

- 181 Nihil est quod eque labore gaudeat, et augeatur.
- 182 Commenda ei quotidie aliquid.
- 183 Quo plura commendabis, hoc custodiet omnia infidelius: quo pauciora, hoc infidelius.
- 184 Quum aliquid ei credideris, sine eam quiescere. et aliquanto post ab ea uelut depositum reposce.
- 185 Siquid uis ediscere, id de nocte quater aut quinq[ue] uies attetissimus legit: hinc ito cubitū. de mane exigitu à memoria rationē eius, quod pridie credideris.
- 186 Cauendum à crapula, à cruditate, à frigore, potissimum ceruicis.
- 187 Vinum memoriae mors.
- 188 Optimum esset singulis noctibus paulo antequā cubitum concederes, in sella te sine arbitris sedentem quecumq[ue] die illo uidisses, legisses, audisses, egisses, in memoriam reuocare.
- 189 Si quid fecisses honestè, moderate, prudenter, cor- datè, cum decore et laude, gauderes: sciresq[ue] id esse Dei munus, et similia pergeres facere.
- 190 Si quid turpiter, immodestè, flagitiose, pueriliter, ineptè, uituperio dignum, scires ex tua malitia profe- ctum, doleres, et uitares in posterum.
- 191 Si quid uel audiisses, uel legisses elegans, doctum, graue, sanctum, retineres.
- 192 Si quid uidisses probatum, imitarere: si quid im- probatum, fugeres.

Nulla

Nulla tibi abeat dies, in qua non uel legeris, uel au¹⁹³
dieris, uel scripseris aliquid, quod seu eruditioem, seu
iudicium, seu uirtutem augeat.

Cubitū iturus lege, uel audi aliquid dignum, quod 194
memoriæ mandetur, & de quo salubre ac iucundum
sit per quietem somniare: ut etiam nocturnis uisit
discas, & fias melior.

Studio sapietiae nullus in uita terminus statudus 195
est, cū uita est finiendū. semper illa tria sunt homini,
quādiu uiuit, meditanda, quomodo bene sapiat, quomo
do bene dicat, quomodo bene agat.

Ab studijs arrogantia omnis arcenda est. nam ea 196
quæ uel doctissimus mortalium nouit, non sunt minu
tiſſimum corum quæ ignorat. exiguum quiddam, &
obſcurum, & incertum est, quicquid homines ſciunt,
mentesq; noſtre in hoc corporeo carcere deuinctæ
magna ignoratione, & altissimis tenebris premūtur:
aciemq; adeò retufam habemus, ut nec ſummas pelle
tremus rerum facies.

Tum profectui ſtudiorum plurimum nocet arro
gantia: multi enim potuſſent ad ſapiētiam perueni
re, ni iam putauſſent ſe perueniſſe.

Vitanda etiam contentio, emulatio, obtreſatio,
inanis gloriæ cupidio: quum in hoc ſequamur ſtudia, 198
ut illa fugiamus.

Nihil excogitari potest iuſcūdius cognitione multa
rum rerum,

rum rerum, nihil intelligentia virtutis fructuosius.

200 *Studia res latae condunt, tristes leniunt, temerarios impetus iuuentæ cohident, senectutis molestam tarditatem leuant: domi, foris, in publico, in priuato, in solitudine, in frequentia, in ocio, in negocio comitantur, adsunt, immo præsunt, opitulantur, iuuant.*

201 *Eruditio pastus ingenij uerissimus, ut indignum sit, pasci corpus esuriente animo: ex qua uoluptates, et obiectamenta, et solida, et perpetua: quæ alia ex alijs nascentia et se renouantia, nunquam nos deferrunt, nec classant.*

DE VIRTUTE.

202 **P**raestantissima illa rerū uniuersarum virtus, neq; dono ab hominibus datur, neq; accipitur: diuinitus contingit.

203 *Idcirco à Deo suppliciter ac pie petenda est.*

DE AFFECTIBVS.

204 **S**ummum in literis omnibus atq; eruditione est ea Philosophia, quæ ingentibus animi morbis remedium adfert.

205 *Magna cura adhibetur curando corpori: maior adhibenda est animo, quo huius morbi et occultiores, et grauiores, et periculosiores sunt.*

206 *Hinc non iniura tempestates, cruciatus, tormenta, flagra, faces, furiae animi humani nuncupantur. maximam hi adferunt calamitatem, et indicibiles dolores, si regnent,*

*si regnent, si agitentur: incredendam tranquillitatem,
et beatitudinem, si sedentur, et cohibeantur.*

Huc tendunt, quaecunque à maximis ingenijs de 207
uita moribus que acutissimè sunt excogitata atque
perscripta.

Hoc est ingens præmium literati laboris, cuius ue 208
rißimus fructus est, ut non in admirationem, aut ostensi-
tionem uanâ sit nobis magna illarerū supellex col-
lecta, sed ut transeat in usum uitæ, et primum omnium
prost possidenti: nec in eius mente sit tāquam in pixi-
dicula, unde petitur res alios iuuatura, ipsi uasculo
utilis.

Nec aliud conatur pietas Christiana, quam ut sere 209
nitas humanos animos exhilaret, et trāquillitate ani-
morum, compositisq; affectionibus simus Deo et an-
gelis quam simillimi.

Remedia his morbis, uel ex reb. ac nobisipfis, uel 210
ex Deo, uel ex C H R I S T I lege ac uita petuntur.

Natura rerū est, ut incerta, et fluxa, et momenta 211
nea, et uicissitudinaria, et uilia sint omnia, præter ani-
mum: qui est unusquisq; aut certe potissima eius pars.
reliqua ab alijs ad alios transferuntur, ne quis extra
animum quicquam posset suum dicere.

Quæ habet, nō donata esse putet, sed accōmodata. 212

Quocirca ingētis dementiæ est, graue aliquod cri- 213
mē, et magna luendū pœna obres minutias suscipere.

Nec se

- 214 Nec se quisquam efferat, quod aliquid de externis aut corporeis contigerit, quum id omne breue futurū sit, ac incertum: nec proprium, sed alienum: quod ut concepsum est, sic etiam reposetur, ad summū in morte, sēpe in uita ipsa.
- 215 Nec dolendum, si quod accommodatum ac uelut depositum est, repetatur: quin potius agcdæ gratiae, quod tantisper uti licuit.
- 216 Intolerandæ ingratitudinis est, si sis aliquando a secluso beneficio, iniuriam te credas accipere, quod id non sit perpetuum: nec quid habueris, spectes: aut quā diu, sed quid, aut quādiu non habueris.
- 217 Nec lætandum, quod fortuita tibi accesserunt, aut amicis, adempta sunt inimicis: quum in omnibus tanta sit celeritas, & ambiguitas, ut plerique inani lætitiae proximus sit acerbus fletus.
- 218 Nec despöndendus animus, aut contrahendus reflante fortuna: quippe aduersis matutinis, interdum succedunt prospera uespertina.
- 219 Iam quæ conditio corporum, quæ ratio uitæ fictis extant uili initio, tam frigili, quum sit anceps uita, septa tot undiq; periculis: & ut sit aliquantisper certa, utiq; non est diu duratura: quid habemus, quorū in tantā infirmitate ferociamus?
- 220 Quumq; nihil sit aliud hæc uita, q; peregrinatio, qua in alteram sempiternam tendimus, paucissimisq; rebus

rebus ad hoc iter conficiendum egeamus.

Quid est quam ob rem his quæ huc atque illuc uoluimus et iactari cernimus, sollicitemur aut omnino moueamur? 221

Cupiditati quare seruiendum est, quum sint futura incertissima, et præsentia paucis contentas? 222

Liber ille, qui cupit solum, quæ sunt in ipsius manu: seruus, qui contraria. 223

Iam fortunæ muneribus expleri, quid aliud est, q[uod] peditem multis sarcinis impediri ac obrui? 224

Nemo est tam stupide amens, qui non se illi civitati, ad quam tendit, et ubi morari destinat, potius q[uod] itineri adornet, componatq[ue]. 225

Vita hæc nostra, quæ sit natura sua fugax et arcta, maxima eius pars, ac ferè tota perturbationib. perit. neq[ue] enim uiuimus, quādiu affectibus concutimur, et in primis mortis metu. 226

Quæ quum ex infinitis causis immineat, et propinquet, expauenda non est ex una et altera: quæ necessario percutitura, fugienda non est per scelus, aut mœrendum quod accedit. 227

Quum sit uita innumeris tædijs ac miserijs referta, cur est tam arctè retinenda? quum ad alteram æternam proficiscamur, ita nos comparemus, ut rectè ad illam euolemus, plenissimam bonorum omnium. 228

Ergo

- 229 Ergo premimur s^epius nostris erroribus, quām
rebus ipsis: quū magna mala, aut bona censemus, que
non sunt.
- 230 Natura & conditio, et uera rerū precia illa sunt,
quæ initio posui. quo apparet, nihil præter uirtutem
pulchrum aut magnum esse, aut etiam nostrum.
- 231 Nos uerò in consilium mentis amorem corporis,
& cupidinem rerum uitæ huius accersimus, quæ à
multis iocari solent, Amor nostri.
- 232 Hic animos uiriles eneruat, ut nulla res tam minu-
ta sit, quæ in eos non penetret: nec ulla tam exilis aut
tenuis, qui in eos concutiat.
- 233 Hinc tenebræ oboriuntur oculo mentis, & ubi re-
gnum affectus occupauere, iam illis tanquam dominis
blandimur, indulgenus, paremus.
- 234 Ita aliena mordicus tanquam nostra apprehendi-
mus: & si detrahantur, lamentamur, & afflictamur
nosipso.
- 235 Et nostra tanquam aliena negligimus, & auersa-
mur profutura, ceu in primis noxia: & nocitura am-
pleximur proutilibus.
- 236 Alienæ mala nobis uidentur leuissima, nostra illis
non maiora intolerabilia: & semper queruli nec alie-
na desideria ferimus, nec nostra.
- 237 Nec iam nobis placemus ipsi, nec hic mundus cū
sua lege nobis satis facit. immutatas uellemus rerum
naturas:

naturas: tanta est ex delicijs impatientia.

Quæ crues posunt cum his comparari? nec sunt 238
alia apud uitæ functos tormenta.

Nec dæmones alijs suplicijs sunt miserrimi, quam 239
superbia, inuidia, odio, ira.

Cernere est uultus eorum, qui his affectibus tenen- 240
tur, quam uarij sunt, quam anxij, anhelij, truces, hor-
ridi: ad eundem modum & animi sunt affecti.

Ira perturbationum omnium atrocissima, maxi- 241
me hominem dedecet.

Naturam hominis in truculentam mutat feram. 242

Et quum quævis perturbatio mentis aciem & iu- 243
dicum omne obscuret, tum ira tenebras densissimas of-
fundit, ut nec uerum, nec utile, nec decorum posset cer-
nere.

Arrodit cor, & ualeitudinem affigit. 244

Id cogit facere, quod illico pœnitentia consequatur. 245

Iam in facie quam turpis mutatio? quæ tempestas? 246
oculorum ardor? dentium stridor? despumatio? & to-
tius oris pallor? foeda in lingua titubatio & clamore?

Vt ille, qui iratum se ad speculum uidit, non sine cau- 247
sa dicatur se non agnouisse.

Ob hanc toruitatem uultus, atrocitatē dictiorū, crude- 248
litatē factorū adimitur uiro omnis autoritas, omnis be-
nevolentia, diffugiunt amici, recedunt obuij, solitudo
undique, omnes oderunt, omnes detestantur.

e Quo fit

- 249 Quo fit, ut maximi uiri nihil uel cauerint magis,
uel texerint, quam iram, et irati opera: adeò ut natu-
ræ etiam suæ repugnarint, ac uim attulerint.
- 250 Quid enim ridiculum magis, quam tantulum tam
imbecillum animalculum sic ferocire ac furere?
- 251 Et tantas tragedias, tam atroces de uiliissimis reb.
excitare, ut de corporeis, de fortuitis etiā, si dijs pla-
cet, de uno uerbulo?
- 252 Iram facile domabis, si illud animo perceptū & fi-
xum teneris.
- 253 Iniuriā nō fieri, nisi lædatur animus: cui à nemine
noceri potest, nisi à poſſidente, introducto in eū uitio.
- 254 Hæc ad hominem, ex homine. nunc altius, nempe
ex Deo. etiam si & illa quoq; ex Deo, sed hæc aliquā
to expreſſius ac proprius.

DE RELIGIONE.

- 255 Nihil potuit hominum generi dari maius, aut
præstabilius, q̄ religio: quæ est cognitio &
amor Principis & parētis uniuersitatis mūdi huius.
- 256 In nullos homines æquè est beneficus Deus, ac in
illos, quos docet qui sit uerus sui cultus.
- 257 Idcirco Psalmista inter maxima Dei in populum
Iſraëliticum munera, illud ponit: Qui annunciat uer-
bum suum Iacob, iusticias & iudicia sua Iſraëli.
- 258 Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non
manifestauit eis.

Per

Per religionem Deus cognoscitur : cognitus fieri 259
nequit aliter, quin ametur.

Vnus Deus est princeps, & autor, & dominus 260
uniuersorum, qui potest, qui scit omnia.

Mundus hic, est uelut domus quædam eius, uel por- 261
tius templū: ipse ex nihilo in hanc faciē atque ornatū
protulit. unde nomen accepit apud Græcos ornati.

Idem regit atq; administrat non minore conserua- 262
tionis miraculo quam creationis.

Et quemadmodum in domo prudentissimi patris- 263
familiās nihil iniussu eius agitur : sic in omni mundo
nihil iniussu Dei geritur, omnia potentis & scientis.

Illi angelos, dæmones, homines, animantia, stirpes, 264
lapides, cœlos, & elementa, cuncta deniq; curæ esse
ac parere.

Nihil fieri, nihil moueri,, nihil contingere, ac ne sti 265
pulam quidē attolli ullam, aut floccum uolitare extra
illius præscripta & iussa.

Hanc esse uniuersi legem, non aliud esse in rebus 266
casum, non fortunam, aut sortem.

Omnia ab eo fieri cum sum: ma æquitate & sapien- 267
tia, tametsi uis nobis ignoratis.

Quæcunq; cuiuis contingunt, ad eius referri com 268
moda: si sit bonus, non ad ista pecuniolæ, aut mundi
huius momentanei, sed illius æternæ salutis.

Ergo quæcunq; in hoc mundo accidūt, tanquam ab 269
autore

autore Deo profecta, et quis animis accipienda atq; ap
probanda sunt. ne affectu nostro, et tanquam iudicio co
filium damnare uideamur, et improbare uoluntatem
iustissimi illius, et sapientissimi rectoris omnium Dei,
quia non assequimur.

270 Ei nos obsequi ac subditos præbere, laudare, atq;
approbare cuncta quæ facit, fas piusq; est.

271 Nos pueri et meliorum rerum inscij, quæ damno
sißima sunt deflemus non dari, tanquam utilissima, quæ
utilissima, horremus tanquam aduersiſſima.

272 Ut nihil sit nobis saepe numero pestilentius, quam
fieri uotorum nostrorum compotes.

273 Quumq; in tantis tenebris ignorationis uersemur,
sic Deo uisum est, ut nobis sola sit præstanda culpa, ca
tera omnia illius curæ remittantur.

274 Nobis uelimus nolimus exequendum est, quod de
nobis statuit ac iubet rector huius tanti operis, quor
sum igitur spectat malle cum lachrymis detrectantes
et reluctantibus trahi, quam hilariter et ulro duci?

275 Certe amicus omnis Dei, legibus et uoluntati
amici obtemperabit.

276 Hæc potissima ratio est Dei amandi, sicut CHRISTUS inquit: Vos amici mei critis, si feceritis quæ ego
præcipio uobis.

277 Pacificator humani generis cum Deo, et autor si
lutis nostræ est IESVS CHRISTVS, homo Deus,
Dei

Dei omnipotētis filius unigenitus, quē ad hoc ipsum pater misit, quum ei uisum est misereri generis humani, quod maximo suo malo inimicum se fecerat Deo.

Nullum excogitari potest malum pestilētius, aut 278
exitibilius, quam per paccatū à Deo separari, peren-
ni bonorum omnium fonte ad perniciosissimam con-
uerti miseriam, & à dulcissima uitā in acerbissimam
mortem.

In hoc inter cætera C H R I S T U S uenit, ut rectissimā 279
uiam nos edoceret, qua insisteremus proficisci entes ad
Decum, nec ab ea uel pilum deflecteremus.

Hanc ipse & uerbis indicauit ac patefecit, & exē 280
plo uitæ suæ muniuit expeditissimam atq; certissimā.

Humana omnis sapientia, si cum religione Chri- 281
stiana conseratur, cœnum est & merastultitia.

Quicquid graue, prudens, sapiens, purū, sanctū, 282
religiosum: quicquid cū admiratione, exclamatiōne,
plausu apud gentiles sapientes legitur: quicquid ex il-
lis commendatur, ediscitur, in cœlum tollitur: id totū
purius, rectius, apertius, expeditius inuenitur in pie-
tate nostra.

Hanc nosse, perfecta est sapientia: iuxta hanc uiue- 283
re, perfecta uirtus. sed nemo uere nouit, q; nō sic uiuat.

Vita C H R I S T I testatur humanam eius probita- 284
tem: miracula, omnipotentiam diuinitatis: lex, cœle-
stem sapientiam.

- *85 Ut ex probitate accedit exemplum ad imitandum,
ex autoritate uis ad obediendum, ex sapientia fides
ad credendum.
- *86 Probitas amore eliciat, maiestas cultū, sapiētia fidē.
- *87 Si quis quae CHRISTVS præcipit expendat, com-
periet omnia ad nostras utilitates referri, ut nemo ni-
si maximo suo bono sentiat se credere.
- *88 Ut nihil est homini gratius, quam fidi sibi, ita nec
Deo: nec quisquam bene de illo cogitat, cui timide sei-
psum credit.
- *89 Fundamētum salutis est, credere Deum esse patrē,
et huius filium unicum IESVM CHRISTVM legis la-
torem nostrum: & ex utroq; spirari sanctum illum af-
flatum, sine quo nihil agimus, nihil cogitamus exclu-
sum, aut profuturum nobis.
- *90 Verus Dei cultus est, animum morbis & prauis af-
fectibus perpurgare. & in illius quam proxime possu-
mus transformari simulachrum, ut puri & sanctissi-
mus, sicut & ipse est, neminem oderimus, omnibus
professe studeamus.
- *91 Quo magis te à corporalibus ad incorporea trā-
stuleris, hoc uitam diuiniorē uiues.
- *92 Ita fiet, ut Deus cognatam & similem sibi naturā
agnoscat, eaq; delectetur: ac uelut in uero & germano
templo habitet, multo sibi acceptiore, quam ista sunt
lapiatum & metallorum.

Templum

*Templum Dei sanctum est, inquit Paulus, quod 293
estis uos.

Tantus hospes conseruandus est: nec tetro pecca- 294
torum fœtore expellendus.

Corporalia opera fatua sunt ante Deum, nisi con- 295
ditura ex animo addatur.

In occultissimis recessibus, et procul ab omnium 296
oculis, atq; adeò in corde ipso, atq; in animo tuo scito
te habere Deum arbitrum, testem, iudicem omniū, etiā
cogitationum tuarum: ut illius præsentiam reverenter,
nihil non modò facias, sed nec in animum admittas ne-
farium, aut turpe.

Charitas erga Deum hæc esse debet, ut illum cæte 297
ris rebus uniuersis anteponas, honoremq; et gloriā
illius chariorem habetas, cunctis uitæ huius honoribus
et cominodis.

Et quemadmodum amicus, quum amici memoria 298
occurrit, beneuola quadam afficitur et pia lætitia: sic
curare te decet, ut diuina omnia amicissima tibi sint,
et proinde gratissima, uerterisq; in illis multo li-
bentissime.

Quoties nominari audis Deum, maius quiddam 299
et admirabilius occurat, quāni quod possit humana
mens capere.

Quæ de illo et diuis dicuntur, audi, non quomodo 300.
humana, sed cum magna animi admiratione.

- 301 De Deo ne quid temere censcas, aut de illius factis
pronuncies alter, quam uenerabundus est timide.
- 302 Impium, in res sacras iocari, aut dicta sanctorum
scripturarum ad lusus, ineptias, aniles fabulas, scomma-
ta couertere: ceu quis medicina ad salutem parata coe-
num aspergat. ad obscoenitatem autem trahere, id ue-
ro nefarium est intollerabile.
- 303 Omnia decet illic esse admiranda: et cum ingenti
dignatione in animos recipienda.
- 304 Sacris intercessis attente ac pie, non ignarus, quae cum
ibi seu uides, seu audis, esse puriss. et sacrosancta, spe-
clareq; ad immensam illam Dci maiestatem: quam ador-
rare facile est, comprehendere impossibile.
- 305 Ita ut in diuina illa sapientia altiora semper existi-
mes latere, quam quod posset uis ulla humani ingenij
pertingere.
- 306 Dicta sapientum: hominum etiam non intellectuue
nerantur, quanto id aequius est diuinis deferri?
- 307 Quoties nominari audis IESVM CHRISTVM,
toties ueniat tibi in mentem charitas illius in nos ine-
stimabilis, et recordatio illius sit tibi dulcedinis et re-
nerationis plena.
- 308 Quum titulum aliquem, aut epitheton C HRISTI
audis, extolle te in eius contemplationem: et ord, ut
talem se praebeat erga te. uelut cum dementem, miti,
placidum: ut talcm illum experiare. quum omnipo-

tens

tentem, ut id ostendat in te, ex pessimo reddens optimum, ex hoste filium, ex nihilo aliquid. quum terribilem, ut eos à quibus terrere terreat.

Quum Dominum uocas, fac illi seruias: quum patrem, fac ames, & te dignum praestes tanto patre filium. 309

Nullares est in toto uniuerso, cuius si uel originē, 310
uel naturam, uiresq; intuearis, non suppeditet, quo au-
torem omnium Deum admireris & adores.

Nihil exordire, non inuocato prius numine. Deus 311
enim, in cuius manu sunt progressus, & exitus, opta-
tos eos tribuit ijs actibus, quos ab ipso auspicamur.

Quicquid aggressurus es, finem spectato, et ubi tu 312
rectū consiliū præstiteris, de cunctu ne sis sollicitus.

Illi fide, in cuius potestate sunt rerum euentus. 313

Quandoquidem religio omnis sita est in intimis 314
pectoris, preces da operam ut intelligas: & caue ne
ore tantum permurmures, sed quum oras, totus &
animo, et mente, & cogitatione, & uultu in hoc sis, ut
omnia secum consentiant, & excellentissimæ respon-
deant actioni.

Exercrantur illum cœlestia oracula, qui opus Dei 315
facit negligenter.

Si in citharoedo turpe est, aliud ipsum ore, aliud fi-
des eius sonare: multo est turpius, quum Deo psalli-
mus, aliud linguam dicere, aliud animum cogitare. 316

- 317 Votanostra sobria sint, et digna, quæ à Deo petitantur. et quæ Deus det, ne stulta illum, aut inepta offendant.
- 318 Sumpturus cibum, recordare omnipotentie Dei, qui cuncta ex nihilo cōdidit: sapientiae ac benignitatis, qui ea sustinet: mansuetudinis et clementiae, qui etiam inimicos suos pascit.
- 319 Expende quantum illud sit, tot uitis uniuersitatis mundi huius, tam uariam quotidie alimoniam sufficere, conseruare omnia, et vindicare ab interitu, quo nutu suo tendunt.
- 320 Nullam neq; hominum, neq; angelorum sapientiam nō modò hoc posse præstare, sed nec intelligere.
- 321 Itaque quum scias te de illius bonis uiuere, cogita quām execrandæ sit ingratitudinis, quām perditæ te meritatis, audere te cum illo inimicitias exercere, cuius beneficio, et uoluntate consistis: non amplius, si nolit, futurus.
- 322 Ad mensam sint casta omnia, pura, cordata, sancta: qualis ille est, inter cuius munera tunc uersaris.
- 323 Omnis detractio, uirulentia, atrocitas, crudelitas à mensa arceatur, in qua tu sentis incredibilem Dei erga te suauitatem et clementiam.
- 324 Quo intolerabilius est, eum te locum asperitate aut odio in fratrem contaminare, ubi tu benignam et largam in te lenitatem percipis.

Quod

*Quod nec gentiles ignorarunt, qui eā ob causam 325
mensæ sacra nominabāt lēta & festa: ad quam triste
aliq̄d, aut atrox dici, fieriue nefas erat.*

*Quūq̄ sis omnipotenti, sapientissimo, largissimo 326
Deo curæ, tu immodicam sustentandi tui curam depo-
ne, tanquam bonitati illius diffisus. unicam curam su-
scipe, quomodo illi placeas, ac satisfacias.*

*Stultiſſimum est, alimenti causa prauum ullum fa- 327
cīnus admittere: et illū offendere, à quo solo alimenta
ueniunt: ut eum tibi iratum facias, à quo aliquid con-
tendis impetrare.*

*Præſertim quū alimentis nō conseruetur uita, sed 328
uoluntate Dei, quemadmodū diuinis oraculis decla-
ratum est, non pane hominem uiuere, sed uerbo Dei.*

*Habemus syngrapham I E S V, uniuersorum in cœ 329
lo & in terra domini: nihil eorum quæ opus sunt ho-
mini, de futurum ijs, qui quæſirint regnum Dei, &
iustitiam eius.*

*Tum ex Dei donis, quæ ipſe arbitrio ſuo & largi- 330
tur, & tollit, quum is in te tam benignus fuerit, tu in-
fratrem tuum, illius filium, malignus ne eſto, reputās
uos ex æquo eſe Dei filios: nec Deū plus tibi debere, q̄
illi tantum uoluīſe te diſpensatorem & administrato-
rem eſe, & à quo ſecundū Deū frater tuus peteret..*

*Nihil uerius datur C H R I S T O, quām quod ege- 331
nis datur.*

Sumpto

- 332 Sumptu cibo, considera cuius sit sapientia, cuius potentia, uitam nostram ijs rebus, quas edisti sustentare, & rucentem fulcire.
- 333 Itaq; habeas Deo gratiam, non quantam haberet illi, qui tibi pecunia sua cibariū emisset: sed quantum habet ei, quite & cibum ipsum condidit. ex cibū propter te, & cibo te sustentat: non ui illius, sed sua.
- 334 Qum petis quietem, & quū surgis, reminiscere beneficiorum Dei, non in te solum, sed in totum genus hominum, atq; adeò mundum uniuersum.
- 335 Cogita quātē sint hostis hominum per licentiam quietis insidiæ, dum homo uelut cadauer iacet, impo sui: quo instantius orandus est C H R I S T V S, ut nostū imbecillos tucatur.
- 336 Nec ullo nostro peccato irritandus est custos & præses noster.
- 337 Et frons & pectus crucis nota exterius munendum: interius uero, pijs precibus & sanctis meditatio nibus.
- 338 Vbi iam lectum ingrederis, fac cogites, unumque diem imaginem esse humanæ uitæ: cui succedit nox, & somnus, simulachrum mortis expressissimum.
- 339 Itaq; rogandus est C H R I S T V S, ut in uita & immorte adsit semper propitius ac fauēs, illamq; ipsam noctem præbeat nobis placidam atq; tranquillam.
- 340 Nēc in sonnijs terreamur: semperq; etiam sibi

tis, ille menti nostræ obueretur, illius solatijs recreati
ad matutinum tempus, sospites et leti perueniamus
cum pia memoria sanctissimæ mortis ipsius precij,
quo genus humanum redemptum est.

Cubile seruabis castum mundumq; : ne ius ullum 342
in id inueniat autor ille, et caput totius spurcitiei.

Signo crucis, et sacra aqua, et invocatione diuini 342
nominis, sed in primis sanctis cogitationibus, et statu
to custodiendæ pietatis, omnem ab eo diaboli ditio-
nem pelles.

De mane surgens commenda te CHRISTO: cui et 343
age gratias, quod illius ope ac præsidio non es illa
ipsa nocte oppressus dolis et inuidia immanis hostis.

Et quemadmodum de nocte dormisti, postea eui- 344
gilasti: sic nostra corpora recordare dormitura per
mortē, hinc reddenda uitæ à CHRISTO, quum appa-
rebit iudex uiuorum et mortuorum.

Quem supplex obtestare, ut sequentem diem uelit 345
ac faciat te in obsequio suo totum consumere, ne quem
lædas, neu à quo lædatur tua probitas: sed septus un-
dique ac munitus pietate Christiana, sospes et in-
teger tot euadas retia, tot pedicas, quot per vias o-
mnes et aditus humanos sparsit tetenditq; insidio-
sus diabolus.

Sanctissimam Dei parentem MARIAM, et reli- 346
quos diuos, diuasq; uenerare, tanquam charos amicos

CHR-

CHRISTI Dei uiuentis insecula seculorum.

- 347 De illorū uita & actis crebrò uel legito, uel auditio attentissimus & libentissime, pio & uenerabundo animo, ut tibi ad imitationem profint.
- 348 De illis sic senti, sic loquere, tanquam non iam hominibus, sed supergressis naturā omnem & fastigium humanum, diuinitati proximis & coniunctis.
- 349 Inter homines uero quum tanta sit cognatio similitudinis in corpore, et toto animo, simusq; omnes pariture in mundum inuecti, ad societatem & uitæ communionem facti: ad hanc conseruandam lex est à natura proclamata, ne quis alteri fecerit, quod sibi faciūm nolit.
- 350 Hoc unum instaurator ille naturæ collapse suum esse dogma professus est, sed explicatum & illustratū.
- 351 Nam ut humanā naturā ad similitudinē Dei, quo ad eius fieri potest, sublatam suis omnibus numeris cōsummaret, non modò mutuum amorem imperavit, sed eorum quoq; qui nos oderunt.
- 352 Ut simus cœlestis patris similes, qui suos quoq; imicos amat. quod declarat beneficijs illos prosequendo, & quidem maximis, neminem odit.
- 353 Quid quod hominum ingenii ita fert, ut beneulos in se illos uelint, etiam in quos ipsi sunt malevoli.

S DE CHARITATE.

- 354 Apientissimus uitæ nostræ magister, nempe & autor

autor, unicum dedit ad uiuendum documentū, ut amemus: gnarus uitam nostram, si amemus, fore felicissimos, nec alijs opus esse legibus.

Nihil felicius, quām amare: idcirco Deus et angeli 353
felicissimi, qui amant omnia.

Infelicius nihil quām odiſſe, quo affectu miserrimi 356
sunt diaboli.

Verus amor omnia exæquat, ubi is figet, nemo alteri quærerit præferri, nemo à dilecto rapere: quū apud se esse censeat, quæ apud illum.

Non litem mouere fratri charo, ac neq; se unquam 358
iniuria putat ab illo affici: ideo nec ultionem meditat-
ur, nemo inuidet ei, quem amat. nec quisquam malis
amicis gaudet, nec bonis indolet: contra potius gaudet
cum gaudentibus (iuxta dictū Apostoli) flet cum flen-
tibus: idq; non fictè aut simulate, sed ex animo, quo-
niam amor omnia reddit communia, suaq; esse existi-
mat, quæ sunt eius quem amat.

Documenti huius solidum & uerissimum exemplar 359
oculis nostris ad imitationem propositum, sunt C H R I
STI actiones.

Venit enim Dei filius, nō ut uerbis modò, sed exem- 360
plo uitæ suæ rectam nos doceret uiuendi rationem, ut
illustratis sole illo suo animis nostris, aperte qualis
quæq; res esset cerneremus.

Primiū exercitus per omne genus patientie quan- 361
tam

- tam ostendit animi moderationem, in quanta poten-
· tia: impetus tot tam grauibus contumelijs nemini re-
· maledixit: tantum docuit uiam Dei, aduersam detesta-
· tus. uinciri se est passus, qui mundum euertere uel uni-
· co poterat nutu.
- 362** Calumniam quam patienter tulit?
- 363** Deniq; sic gesit se, ut nemo in eo potentiam no-
· uerit, nisi ad iuuandum.
- 364** Rex & Dominus uniuersorum, per quē fecit pa-
· ter hunc mundū, quam æque tulit æquari se infimis
· mortalium? & propriam sibi domum, & charis suis
ministris deesse alimentas?
- 365** Conditor rectorq; naturæ, malorū naturæ nostra
expers non fuit, esuriit, sitiit, delassatus fuit & moe-
stus. quorsum haec, nisi ad exemplum nostrum?
- 366** Tam amicus pacis, concordiae, charitatis, ut nullū
uitium magis sit insectatus, quam superbiam: & qua
illinc oriuntur, arrogantiam, ambitionem, contentio-
nem, dissidia, similitates.
- 367** Ostendens nihil esse, quur quis uel ab externis sibi
quicquam arroget, uel à corporeis, quum sint aduenti-
tia, & aliena.
- 368** Nec ab internis, & uirtute, quum à Deo dentur.
& ob hoc ipsum tolluntur, quod quis eiusmodi mune-
rib. se se efferat, nec fonte atq; originem agnoscat: de-
spiciens eos, ad quorum utilitatcm haec à Deo accepit.

Et

Et ad superbiam infringendam, ne quis tanquam
te subditus religioni, & seruator legis Euangelicæ si-
bi placeat, audiuiimus ab eo, **Quum omnia quæ uobis
præcepi, feceritis, dicite, serui inutiles sumus.**

Quanta stultitia est eorum, qui se exakte Chri- 370
stianos gloriantur? & alijs in obseruanda lege sese
anteponunt?

Quum nemo de senorit, an uirtutem habeat, utru 371
odio Dei an gratia dignus sit: an ille, cui se præfert,
uirtute sit locupletior: an ascitus & destinatus in co- 372
**sortium cœlestium, quum sit ipse miserijs sempiternis
assignatus.**

Idcirco iudicium omne de homine homini ademit, 372
cæco & ignaro recessuum cordis, ad se transtulit scri- 373
tatorem pectoris humani.

Exteriora enim quæ sola oculus hominis intuetur, 373
infirma & incerta sunt interiorum signa.

Non ergo uno cōgressu, quod non nulli faciunt te- 374
merarij, non centum, non longissimo coniunctu de inge- 375
nio, uitijs, aut uirtutibus cuiusquam sententiam into- 376
tumferas.

Longissimæ & obscurissimæ sunt in humano cor 375
de latebræ, quæ humana acies in tantam caliginem 376
penetrabit?

Et cum CHRISTVS uniuersum genu hominum 376
**morte sua sibi asseruerit, tantoq; precio de seruitute
diaboli**

diaboliredemerit, nemo ausit contemnere, nemo ludere animam: quam ita Dominus amavit, ut nihil cunctatus sit uitam suam pro illa effundere.

377 Pro uniuersis crucifixus est Dominus, et pro singulis.

378 Nec speres fore CHRISTO rem gratam, si tu oderis, quem ille amat.

379 Hanc uult sibi referri gratiam, ut quemadmodum ipse dominus nos seruos nequam et pessime meritos amavit, ita et nos conseruos nostros.

380 Hic inchoauit mutuam hominum inter se et cum Deo charitatem, hoc est, humanæ beatitudinis iecit fundamenta, in coelo absoluuit.

381 Hæc est uita et gratia CHRISTI, sapientia humanae ingenium excedens: æquitate intelligentibus congruens, bonitate cunctos alliciens.

382 Nemo se Christianum esse putet, nemo se Deo esse charum confidat, si quem odit: quum CHRISTUS nobis homines omnes commendarit.

383 Hominem tibi à Deo commendatum, si dignus est, ama, quia dignus est, quem ames: si indignus, ama, quia Deus dignus cui parcas.

384 Non ieunia, nō erogat et opes omnes in pauperum usum, hominē Deo gratiosum reddunt: sola hoc præstat hominū charitas. hoc nos Apostolus eius docuit.

385 Nullū uidebis hominem, quem non existimes debere tibi

Beretibi esse fratris germani loco, ut eius rebus prosperis gaudeas, aduersis doleas, iuuiesq; quantum erit opis tue.

Non natio affectum hunc minuat, non ciuitas, no^t 386 cognatio, non professio, non conditio, non ingenium. unus est omnium pater Deus: quem tu edocet a C H R I S T O quotidie patrem compellas, qui te filium agnoscet, si tu eius filios fratres agnoueris?

Ne sit tibi turpe fratrem illum habere, que Deus 388 non dcdignatur filium.

Pacem & concordiam, & amorem inuexit Deus. 389

Partes & factio[n]es, & priuatas utilitates cū alie- 390 nis damnis, sicut etiam dissidia, rixas, contentiones, bella, diabolus, peritissimus horum artifex.

Deus quia uult nos saluos, spargit beneuolentiam: 400 diabolus quia perditos, inimicitias.

Concordia etiam pusilla coalescunt: discordia ma- 401 xima dissipantur.

Qui pacem, qui concordiam student inter homi- 402 nes uel conciliare, uel conseruare sartam teclam, ij filij Dei uocabuntur, teste C H R I S T O. hi uerè sunt pacifici, de quibus ipse loquitur . qui uero discordias ferere, charitatem hominum inter se rescindere, ij filij diaboli.

Summū inimicitiarum, quo beluarum feritatem 403 omniū homo superat, bellum: scito rem esse non homi

f 2 num.

num, sed quod uerbum ipsum loquitur, beluarum.

304 Quam detestatur natura: que hominem inermem
genuit, ad mansuetudinem et communionem uitae
auersatur Deus, qui penitus uult et imperat mutuam
inter homines omnes charitatem.

395 Nec quisquam homo homini uel bellum facere, uel
nocere potest sine scelere.

396 Si quem arbitreris iniquo aut infenso esse in te ani-
mo, nullum laborem aut operam refugias, dum illum
quacunq; ratione lenias et places tibi.

397 Neq; in ea re uel precibus, uel obsequio, uel fortu-
nis parcas, modò tibi gratiam omnium pares, celerem
uiam ad gratiam Dei.

398 Neminem irriseris, cogitans quod uni alicui acci-
dit, posse cuius accidere. age potius Deo gratias,
quod te extra eam sortem posuerit: et ora, tum tibine
quid tale accidat, tum illi sic afflito saltem remedium
aliquid, uel æquum animum: et ipse subueni, si potes.

399 Crudelis animi est, alienis malis gaudere, et non
miserari communem naturam.

400 Esto hominibus misericors, et consequere à Deo
misericordiam.

401 Fortuna et casus humani, sunt omnibus commu-
nes, unicuiq; minantur, unicuiq; impendent.

402 Hoc amore hominibus debito, nihil existimato pos-
scere facere aptius, et congruentius, quam si maximū
bonum,

bonum, hoc est, uirtutē eis procuraueris: si studueris,
ut omnes, si potes, utiq; quā plurimos reddas bonos.

Nihil magis amori dissonū, nihil damnosius aut de 403
terius feceris, quād si quos malos reddideris uel suasi-
bus, uel exemplo, uel ullo alio incitamento.

Primum omnium & felicissimum est, si ames etiā 404
odiosus: sed iucundissimum quoq; est, & maximē tu-
tum amari.

Nullæ certiores opes, quām certæ amicitiae. 405

Nullum potentius satellitiū, quām amici fideles. 406

Solem è mundo tollit, qui è uita amicitiam. 407

Sed uera & solida, & duratura amicitia, tātumo 408
do est inter bonos, inter quos facile amor coalescit.

Mali nec inter se amici sunt, nec cum bonis. 409

Vt ameris, certissima est & breuissima per amore 410
uia: nihil enim sic amorem elicit, ut amor.

Cōciliatur quoq; uirtute, quæ natura sua amabilis 411
est, ut uel ignotissimos ad se amandā inuitet et trahat.

Tum etiā uirtutis signis, mansuetudine, modestia, 412
pudore, humanitate, comitate, affabilitate: si nihil uel
dixeris, uel feceris, quod arrogantiam, aut insolentiā,
aut petulantiam, aut obscoenitatē resipiat: omnia sint
dulcia, mitia, lenia, & pura.

Amicitiae uenenum, si ames tanquam osurus: & 413
amicum si habeas, ut putas posse inimicum fieri.

Salutare illud, odi tanquam amaturus. 414

- 415 In amicitia nulla sit inimicitiae cogitatio, quem habes amicū, ne credas futurum unquam inimicū: alioqui infirma & fragilis erit amicitia.
- 416 In qua decet inesse fidem, constantiam, simplicitatem, ut de amico nec ipse suspiceris, nec suspicantibus aut deferentibus aurem accommodes.
- 417 Vitanon est uita suspicibus aut timidis, sed assidue amors.
- 418 Ne in alienas uitas inquiras, néue curiosusscruteris quid quisq; agat. multæ hinc suboriuntur simultates.
- 419 Et qui hæc faciunt, suorum solent esse incuriosi, alienorū solliciti. Stultum est, alios tam probe nosse, scipsum ignorare.
- 420 Nec amare tantū homines debes, sed etiam quos æquum est reuereri, ac inter eos honestè uersari, et cum decoro, in quo est officium uitæ communis.
- 421 Ne putas nihil interesse: ubi, cum quibus, apud quos agas.

DE CONVICTV HOMINVM.

- 422 **S**it tibi inter homines modestia, et moderatio in uniuerso corpore: et præcipue in oculis, ac ore toto. à quo absit species omnis fastidij et contemptus. absit gesticulatio et lasciuia: serenitas illud et quietudo exornent argumentum animi ad cunctum modum affecti.

Solum

Solum humanæ faciei tegumentū decorum in pri-
mis & fauorable, modestia & uerecundia, qua nu-
dis nihil dici potest foedius aut detestabilius.

Desperāda illius salus, quē desijt pudere malefacere. 424

Nec uultus sit in atrocitatē, aut seueritatē nimiam 425
cōpositus. unde colligitur sœuus & impotēs animus.

Risus ne sit frequens, aut immoderatus, aut cum 426
clamore & concusſione corporis, ne in rachinnum
aut irrisum exeat.

Nullam esse rem talē existima, quæ te tantopere 427
queat exhilarare, ut ingentem attollere risum cogat.

Sed risus potest esse causa aliqua, irrisus nulla. 428

Irridere bona nefas, mala crudelitas, media stulti-
tia. probos impiū, improbos sœuū, notos emmanitas,
ignotos dementia, deniq; hominem inhumanum.

Oculi sint quieti, manus ne ludibundæ, ne gesticu-
latrices. 430

Nec assuesce quenquam cädere. ex talitro ueni-
tur ad pugnum, hinc ad fustem & ferrum. 431

Solos bonos uero ac germano honore prosegue-
re, qui ex ueneratione animi nascitur. 432

Magistratibus exteriorem honorē exhibe, illisq;
audiens esto, etiam si grauia & molesta imperent.
hoc enim uult Deus, propter publicam quietem.

Divitibus ccde, ne irritati & tibi, & alijs bonis 434
noceant.

¶ 35 Seni assurge, reueritus ætatem et rerum usum, prudenteriamq; que in illa esse solet. Honorationi, alienæ non modo paria facito, uerum etiam, iuxta præceptū Apostoli, præuerte. Salutantem non resalutare, nec se liciter precanti feliciter reprecari, si id factum cognoscas. aut extremæ barbarie est, aut incuriae secordissimæ. Quam exiguæ res sunt et nullius impendij, salutatio, affabilitas, comitas, honor: at quam magnas amicitias conglutinat exhibitæ, dissoluunt prætermisæ. Quanta est bonarum rerum ignorantia, nolle multorum benevolentiam tâculo redimere? Generosissimus ut quisq; est, et optime educatus, ita se maxime miti omnibus et comem præbet: ut fastidium et ferocia ex uilitate sunt, aut hebetudine, aut imperitia, unde in bonas artes eruditio Humanitas nuncupata est. Ipse si non salutare, aut resalutare, negligentiae magis adscribito, uel inconsiderantiæ, quam contemptui. parvus blade authonorifice appellatus, seu morib. seu naturæ attribue, non malitiæ uel odio. Hisce interpretationib. ac similibus, sanctam tibi ac iucundissimam parabis uitam. quippe omnes diliges, nec à quoquam te offensum arbitrabere. Vetus dictum, Ut uerax, ne suspicax: hoc uerbis nouum, sententia prisum, Ut quietus, ne suspicax.

¶ 36 Neminem contemnere uidearis, non uultu, non uerbo, non facto aliquo.

Si infe-

*Si inferior es, quis superiorum ferat se contemni 437
abstes: si maior, irritas, et auertis minorem contemptu.*

*Intolerabilis est contemptus, propterea quod ne- 438
mouidetur sibi tam uilis, ut contemptum mereatur.*

*Multi laborant ut à contemptu se vindicent, sed 439
plures ut de contemptu.*

*Nec quisquam tantus est, quem non aliquando for 440
tuna indigere minimis cogat.*

*Præter hæc omnia, nullus est cōceptibilis, quē Deus 441
filium dignatur, nisi in hoc Dei iudiciū contemnas.*

*Et sæpe quem homines contemptu dignum putāt, 442
si perscrutarentur, ueneratione & adoratione dignis-
simum comperirent.*

DE VERBIS.

*L*inguā dedit Deus hominibus, ut sit instrumentum 443
societatis & communionis, ad quam na-
tura hominem homini conciliat.

*Hæc magnorum & bonorum, et malorum est cau 444
sa, prout ut aris. scite Iacobus Apostolus assimilauit eā
clavo nauis. freni sunt illi iniiciendi: & cohibenda, ne
uel alijs noceat, uel sibi ipsi.*

*Nullum est peccati, ut facilius instrumentum, ita 445
nec crebrius.*

*Nemini con uitium feceris, neminem execreris, ne 446
mini noceto: non modò in re, sed nec fama atq; exi-
stimatione.*

- 447 In nemine petulantius aut procacius debaccheris,
uel effusius ac immoderatus inuehare, etiam laceſi-
tus et læsus: magis enim te & apud Deū, & apud ho-
mines cordatos lædes, quam illū ipsum cui maledicis.
- 448 Conuitū conuitio regerere, est lutū luto purgare.
- 449 Minitari, muliercularum est, nec probarum.
- 450 Nec sis tam tener, ut uerbulis transuerbereris.
- 451 Nec facundia exerceas caninam, nec disertilau-
dem affectes in alienam contumeliam, in quem infan-
tem & mutum esse satius est.
- 452 Alios reprehendere ne sis sollicitus. hoc cura, ne in-
te fit, quod alij possint meritò taxare.
- 453 Verum reprchēdens ne utare acerbitate, aut atro-
citate ulla uerborum, fac ut obiurgationis amarori
aliquid admisceatur dulce, quod plagam leniat siquā
facis.
- 454 Modò ne fructus pereat reprehensionis, dum rem
studes nimium mitigare, neu in assentationem pro-
labaris.
- 455 Assētatio deforme uitium turpe illi, qui dicit: per-
nicioſum ei, qui audit.
- 456 Nec putas rem ullam esse tantā, ut à recto & uero
propter eam sustinas deflectere. non hoc abste opes
non ulle necessitudines, non preces, non mine, non
mortis metus & certum periculum extorqueant.
- 457 Sic tibi & autoritatē parabis, et fidem, ut oracula
putentur.

putentur esse, quæcumq; dicas. aliter despiceris, &
indignissimus iudicaberis, qui uel audiare.

Sermone utitor modesto, ciuili, comi: non affero, 458
non rusticano, uel imperito, sed nec accurato aut af-
flectato nimis. ne quum loquendū sit, ut intelligamur,
sermonituo interprete sit opus.

Nec contumeliosum usurpes sermonem, aut re- 459
prehensorium, aut rigidum. sed neq; blandum, aut
fractum, aut adulatorium.

Est quiddam mediocre, quod nec suam dignitatē 460
abiecit, nec alienam tollit.

Lasciuia & spurcites à sermone extirpandas, ut à 461
cibis uenenum.

Ne celeritatem in loquendo nimiam suscipias, nec 462
ut cogitationem præuertant uerba: nec respondeas,
antequā quade re agatur plenè intellecteris: & quid
ille cui respondes, dixerit, senserit q;.

Rariſimū debet esse illud Ciceronis, Quicquid in 463
buccam: & meritò soli Attico dictum, ac nescio an us-
quam admittendum, quum inter amicos cauendum
sit, ne quid dicamus, quod amicitiā dirimat aut lēdat.

Quām turpe illud & pericolosum, Lingua quo 464.
uadiss:

CHRISTVS Dominus noster, sciens ex loquaci- 465
tate plurima oriri mala, et illa in primis quæ pugnāt
cum capite legis sue, rixas, discordias, similitates.

Ad circ-

- 466 Ad circumspectionem loquendi interminatus est:
De omni uerbo ocioso, quod homines fuerint loqui,
reddituros eos rationem in disquisitione illa mundi.
- 467 Idcirco Psalmista inquit: Pone custodiam ori meo,
et ostium circumstantiae labijs meis.
- 468 Ne sis in sermone immodicus, ac ne multus quidē:
néue audiri uelis solus. est enim in loquendo uiciſſitu
do: etiam si cum imperitiſſimis agas, aut uiliſſimis. sed
nec adeò rarus aut tardus, ut ipſe te auscultare existi
meris, idq; facere, quod singula tua uerba singula tibi
roſae uideantur.
- 469 Inter prudentes præstat audire, quam loqui. sed est
locus, ubi tacere tam est uitium, quam loqui quando
non oporet. Nulla uoluptas est tanta, que comparari
queat colloquio prudentis hominis ac diserti.
- 470 Ne sis nimius percontator, est enim molestum et
odiosum. Noris et illud Horatij: Percontatorem fugi
to, nam garrulus idem est.
- 471 In differendo ne sis contentiosus, aut pertinax. Si
uerum audias, hoc protinus silentio reuertere, illiq;
tanquam diuinæ rei aſurgito.
- 472 Sin nō audias, nihilominus concede hoc uel amico,
uel modestiæ tuæ: præsertim ubi nullum neq; probi
mores detrimentum accipiunt, neq; pietas.
- 473 Superuacanea est contentio, si non adſit proficien
disspes.

Arrogan-

Arrogantiam, aut iactantiam, aut superbam & fa- 474
stidosam autoritatem non ferunt homines, ne in ma-
ximis quidem uiris, & omnem laudem meritis.

Ne uerbis quod scis ostentes, sed rebus te ostende 475
scire.

Nec quicquid est iucundum tibi dicenti, idem cre- 476
dideris esse alijs audientibus.

Caue ne quid facias, quod securus non sis, nisi cele- 477
tur: sed si fecisse contingat, nemini detexeris: quod ta-
cerius, prior ipse taceas. si nō detecturus es, uide etiam
atq; etiam, cui. Arcanum quid aut celandum maxime
amico quū committis, caue ne iocum admisccas, nc il-
le iocum ut referat, occultum retegat.

Tibi uero arcanum creditum, accuratius & fide- 478
lius custodi, quam depositam pecuniam.

Nihil erit in humana uitatutum, si tollatur secre- 479
torum fides.

Si quid promiseris, praesta, etiā si res sit ardua in 480
primis, & difficilis, saltem ut obligatam alteri tuam
fidem soluas.

Si quid tibi sit promissū, ne exigas: acrior semper 481
in te iudex, quam in dios.

Existimare decet te, homines habere sensum, ra- 482
tionem, mentem, iudicium: ne speres te illis posse per-
suadere, malefacta esse benefacta, aut contrā. nec fal-
li posse reb. simulatis, tectis, fucatis, adumbratis: quæ
tandem

94 10. LUDOVICI VIVIS
tandem produnt se, et fiunt tanto foediores ac ini-
fiiores, quanto prius occultiores fuerant.

- 483 Infestis enim animis accipimus ea, à quibus su-
mus decepti.
- 484 Ideo cōsultius est omnia esse aperta, nuda, simplicia.
- 485 Nam et si aliquando ueritas initio odiosa sit, dein-
ceps tamen nihil est amabilius aut gratius.
- 486 Laborat aliquando ueritas, nunquā opprimitur.
- 487 Nec mendacij utilitas solida est, ac diuturna: nec
ueritatis damnum diu nocet.
- 488 A mendacio tanquam corruptela quadam abhor-
reto: nihil est enim humanæ conditioni abiecius, ut
quod illam procul à Deo separat, diabolo similem ac
mancipium facit.
- 489 Deinde seu tarde, seu celeriter mendacium depre-
henditur, uertiturq; mentienti in turpem ignominiam.
- 490 Quid despiciens aut uilius mendace.
- 491 Si mendacem te norint, nemo credet tibi, etiam si
affirmes uerissima.
- 492 Contrà, si ueracem, maiorem habebit fidem nutus
tuus, quam aliorum sanctissimum iusurandum.
- 493 Sinon uis loqui repugnantia, si uis inesse uerbis
tuis cōstantiam, nihil opus est memoria, aut arte alia,
quam ut dicas semper quod credis uerum esse.
- 494 Verū uero consentiens: falso nec uero, nec falso.
- 495 Sed si uis in opinione tua uerum inesse; ne facile
credas.

Credas nisi comperta, uel magnam ueris faciem præ se
ferentia..

Neu sis suspicax. unde illud sapienter dictum: Si 496
uis esse uerax, suspicax non eris.

Miserum illum quid egit, unde extricare se non 497
potest, nisi per mendacium.

Iurare ne consuecas. Sapiens enim ait: Vir mul- 498
tum iurans replebitur iniuitate, & non recedet à
domo eius plaga.

Et Dominus in Euangelio suo uetat nos penitus 499
iurare. tantum affirmare, ita est: aut negare, non est.

Magna est Dei reverentia, non illum passim, aut fa- 500
cile testem adducere, non hoc debet, nisi ab iniuito
& coacto fieri.

Qui facile in serijs iurat, in iocis iurabit: qui in io- 501
sis, & in mendacio.

Si qui tibi credituri sunt, & què in iurato credent, 502
ut iurato: non credituri, magis etiam si iure iurando
auertentur.

QVOMODO HOMINIBVS utendum.

In ter homines est aliquid faciendū discrimē. Sunt 503
enim ex eis alij domestici, alij noti tātū, alij ignoti.

Domesticos uoco, consanguineos, affines, & qui- 504
bus cum in eadem domo & familia degis.

Omnes sunt diligendi, etiā in ignotos tale te ostendes, ut 505

96 10. LUDOVICI VIVIS
des, ut sentiant te in uniuersum toti generi humanae
amicum esse, omnibusq; bene cupere.

506 Non tamen te eundem præstabis omnib. ut lineam
albam in albo saxo. alios adhibebis consilijs, alijs pa-
rebis et obsequere, alios reuereberis acoles, alijs gra-
tiam referes, si quod ab eis tuleris beneficium: et ipsi
potissimum, quorum opera usus es utili tibi, aut dili-
genti, aut fidi.

507 In quo animus pro opere computandus est, non in
multo peiore loco uideatur esse qui conatus est, qui no-
luit prodesse, quam qui profuit.

508 Operam si acceperisti, ne sis minus de reddendo et
compensando solicitus, quam si pecunias mutuas.

509 Nec putas minus esse operam dedisse, dum taxat
honestam, et a syncero profetam animo, quam pecu-
niam: quin hoc maius, quo cuiq; corpus quam exter-
na charius debet esse. Ne expectes, dum necessitates
ad te suas familiaris deferat: tu illas odorare, et eis
ultra subuenias. Honestis precibus occurre, et ante-
quam oreris exorare.

510 Parentes non amabis solum, sed secundum Deum.
unice uenerabere. illorū iussis tanquam diuinis impe-
rijs obtemperabis.

511 Persuasus id quod res habet, illos uicem tibi refer-
re in terris Dei: nec te uel chariorem cuiquam esse, uel
maiori curae.

His

His proximi sunt præceptores, paedonomi, tutores, deniq; quibus cōmendata est morū tuorum cura, quis nihil est in homine preciosius, aut præstabilius.

Istos uelut alteros parentes amā & reuerere, his modestē, imò cum alacritate quadam pare, reputans quæcunque præcipiunt, non ad sua illos referre comoda, sed ad tua.

Quod cum ita sit, pessimam tu illis gratiam redde res, si ubi ipsi commodis tuis intentissimi sunt, tu eis odium aut cōtumaciam protali beneficio reponeres.

Crede te illi esse charū, à quo amice reprehēderis.

Nec unquam reprehensionem obesse, uel inimici nam si uera obijcit, ostendit quod emendemus: si falsa, quod uitemus. ita semper uel meliores reddit, uel cautiōres.

Quos familiares tibi facturū es, explorā prius, quibus sint moribus, & quemadmodum se cum alijs amicis gesserint, ne te poste in necessitudinis poeniteat.

Ne familiaris illi fias, cuius familiaritatem bonos uides auersari. Eos etiam uita, qui non te amabunt, sed tua: quales sunt parasiti, & quorum consuetudine ac tanquam affrictu uel peior fies, uel labem aut periculum contrahes. Illos quoq; , qui amicis felicioribus inuident: tum qui iocorum studiosi, nihil pensi habent, in uitam & maxime arcana amicorum ludere, ac dicta dicere, aut innata loquacitate reticenda cum

primis effutiunt. sed illos potissimum, qui ob leuem rixulam grauiissimas inimicitias cū charissimis suscipiunt, acriusq; in eos ulciscuntur, quos aliquando amant, quam quos semper oderunt, barbarica quadam persuasione, minus ferendum esse iniuriam que fit ab amico, quam que ab inimico. in quo se ostendunt, nunquam amasse: alioqui non putarent se tam citoleos. eiusmodi præstat inimicos aut certè ignotos habere, quam amicos.

519 Esto in admittendis ad familiaritatē cunctatiōnē, in retinendis ſemel admissis constantior.

520 Familiares elige, non placituros tantū, ſed & pro futuros: non eos qui omnia loquentur ad gratiā, ſed qui ad commodum: nec qui ſuauiter aſſentabuntur, ſed qui uerè admonebunt.

521 Si confueueris aſſentatoribus declari, nunquam uerum audies.

522 Ex bestijs exitiabilis maximē inter feras inuidia, inter mansuetas adulatio.

523 Quām amād&e ſapientia & virtus, tam execranda aſſentatio: que impedit, ne illuc perueniamus, dum ſuadet iam perueniſſe: tam diligenda recta admonitio, que illuc prouehit, dum quantum ſuperſit, & quemadmodum conficiendum ſit, docet.

524 Si reprehendi fers ægrē, reprehendenda ne feceris.

Miferum

Miserum illum, qui admonitorem, cum cget, non 523
habet.

Malorum hominum consuetudinem nō secus atq; 526
ictos peste deuitq: uirinque enim metuendum con-
tagium.

Nisi talis sis, qui confidas te posse illos meliores 527
reddere.

Sed huic fiduciæ nō est, nimis fidendū, præscriptim 528
quoniam natura nostra in malū fertur prona: ad uir-
tutem autem acclivis est, atq; ardua semita.

Explora et ipse quis sis, quo loco, qua cōditione: 529
nec putas rem ullam esse tantam, ob quam tibi plus-
quam cæteris liceat.

Quo tibi plus concedente more licet, hoc minus 530
et retrahente moderatione libeat.

In minores præbe te'comem, in maiores reueren- 531
tem, in pares facilem ac tractabilem.

Sic ut uitiosis semper durus, rigidus, inexorabilis. 532

A potentioribus cōtemni te ne inique accipias, po 533
tiusq; id crede fortunæ uitio fieri, quam hominis.

Si quid à minore profiscatur, quod tibi parum 534
placeat, cogita non id protinus contumeliam esse, sed
libertatem.

Te etiam nimis esse delictatum, cui leues titillatio- 535
nes, grandes uideantur esse plagæ.

Nec oportet existimes te solum esse hominē, reli- 536

quos pecudes, quibus nec mutire liceat. homo es, unde
æquo cum reliquis hominibus iure.

- 537 Imò uero si sapientiores, si melior, hoc indulge,
hoc concede magis de iure tuo cæteris tanquam impe-
ritioribus, aut imbecillioribus. tibi uero minus uelis
ignosci, cuitantū robur sapientia & uirtus attulere.
- 538 Si uirtute non excellis, cur postulas uideri alijs po-
tior? si excellis, cur affectibus moderandis, non plus
quam uulgas præstas?
- 539 Injuriā accipere, quam facere: decipi, quam de-
cipere, satius & præstantius. quod nec humana igno-
rauit sapientia, ut Socrates, Plato, Aristoteles, Seneca.
- 540 Memineris humanæ imbecillitatis esse falli, erra-
re: ne te grauiter aliorum delicia offendant, præser-
tim aduersum.
- 541 Ignoscere, generosi pectoris: irā retinere, atrocis,
sæui, degeneris, uilis: quod & natura in multis ani-
mantibus ostendit.
- 542 Quumq; Deus nihil uel crebrius faciat, uelliben-
tius, quam ignoscere, quis est tam demens, qui negare
possit illud esse pulcherrimum atque excellentissimum,
quo tam prope ad naturam illam accedimus summi
& præpotentis Dei?
- 543 Eris in homines talis, qualem cupis CHRISTVM
ergate.
- 544 Et est profectio æquum, ut eam tu des hominibus
huius,



ueniam, qua in eisdem delictis, aut alijs non paulò le-
uioribus ipse eges.

Nulla oratio præstātior, aut efficacior apud Deū 545
illa, quam edocēsumus ab eius filio C H R I S T O domi-
no: quæ idcirco Dominica nominatur.

At illam non potes uere ac puro animo dicere, nisi 546
toto pectore homini condonaris, quicquid ipse condo-
nari tibi à Deo petis.

Hac lege remittitur nobis ingens debitum, si nos 547
exiguum remittamus.

Quicquid unquā homo in hominem peccauit, mi 548
nutissima pars est eius, quod quiuis hominū singulis
momentis in Deum peccat. nimirum tantum, quanto
maior & excelsior est homine Deus.

Si cui es iratus, fac iuxta monitum Apostoli, ne sol 549
occidat super iram tuam.

Cōcessurus cubitū, omnes ex animo rixas, iras, of- 550
fensiones, cupiditates, sollicitudines depone, ut cōpo-
sito & trāquillo animo placidissimæ te quieti tradas.

Cui semel ignoueris, cura ut ille sentiat bona fide 551
id esse actum, ut nec ipse iniuriarum memineris, &
experiatur te amicum, si qua in re iuuare, aut com-
modare illi potes.

Affectus iniuria, caue ne ultionē tuis manibus de 552
quoquam sumas, nec eam ulli mortaliū mandes. nō est
tibi us in seruum alienum: imò in conseruum tuum.

g 3 Domiu•

*Domino tuo iniuriam facis, si non illi cognitionem re-
linquis de conseruo tuo.*

553 Atqui Deus est omnium dominus, uniuersi sumus eius serui. sit satis te questum: ac ne queraris quidem, oculus Domini singula intuetur: & iuxta sacrum uerbum, ipse nouit & facientem iniuriam, & patientem.

554 Idcirco sic ipse omnibus edicit: Mibi vindictam, & ego retribuam.

555 Nam quum in animo sit iniuria, non in facto, solus Deus scit, qui fecerit animus, & quod ei debetur supplicium.

556 Plerunq; putamus eam esse iniuriam, quæ nō est: ut sunt nobis affectus nostri nimis chari, qui non sinnunt nos singulariter examinare, sed ad iudicandum transuersos uisuarapiunt.

QVOMODO SE QVISQUE GE-
RET ERGA SEIPSUM.

557 **C**onuenit te nō charum modè esse tibi ipsi, sed etiā uenerabilem præbere, ut pudeat te tuis aliiquid facturi uel incepte, uel imprudenter, uel impudenter, foedè, flagitiosè, sceleratè, nefariè, impiè.

558 Pluris facias iudicium conscientiæ tuæ, quam uoces omnes ingentis multitudinis, quæ imperita & stulta est. ignota temerè ut probat, sic & damnat.

559 Conscientia est, quæ turbata maximos affert animo
cruciatus

cruciatus, tranquilla maximam beatitudinem, cui nul
la opes, nulla possunt regna comparari.

Hoc est quod Dominus in Euangelio pollicetur 560
suis multo plura etiam in hac vita recepturos eos,
quam quae pro se repudiarint.

Fama nec profutura malo, nec laetura bonum. 561

Mortuus quid plus referes de fama, quam pictura 562
Apellis laudatae aut equus in Olympia uictori? nec ui-
uo quidem prodest, si eam ignorat. si nouit, nihil ad-
fert aliud, nisi ut sapiens contemnat, insipiens sibi ma-
gis placeat.

Conscientia uerum et solidum, et duraturum redi-
dit testimonium, plurimum in illo Dei iudicio ualitatum,
uitaeque huius magna est magistra. Et quemadmodum
scite ille dixit, murus aheneus, quo et tuti agimus in-
ter innumera uitae pericula, et securi: nec ullus est
tantus terror, qui eum commoueat. est enim mente
defixus Deo, illaque fudit uni, ac ei se nouit peculiari
esse curae, cui scit parere uniuersa.

Turpe est alijs notum esse, ignotum sibi. 564

An non tibi sufficit, te et tibi notum esse, et (quod 565
maximum est) Deo?

Qui tamen nominis curam abiciunt, ut audacius 566
et securius peccent, ij dupliciter sunt mali, quod nec
homines reuarentur, nec Deum.

Et in

- § 66 Et in conscientiam iniurij sunt, quam derident ac deludunt, tanquam ob id spreuerint famam, ut se conscientiae suae liberius uendicaret; quæ hac de causa confusius delinquit, quod iam nullo metu coercetur.
- § 67 Hoc est amare se conari, laborare, magnis preibus à Deo petere ac contendere, ut excellentissima nostri pars ornata atq; exculta sit ueris germanisq; ornamenti, nempe religione.
- § 68 Non is amat se, qui opes, qui honores amat, qui uoluptates, deniq; quæcūq; siue extrinsecus sunt, siue in corpore: quū potissima hominis pars sit mens.
- § 69 Nec amat se, qui ignoratione sui seipsum fallit, uel falli se ab alijs patitur: interdum gaudet, quemad sibi persuadet inesse bona, que nulla insunt.
- § 70 Hic non est in homine amor sui, quum ipse sit animus: sed amor corporis incōsultus, cæcus, frivus, perniciosus sibi & alijs.
- § 71 Quem non iniuria caput esse ac originem malorum omnium. Socrates pronunciauit. quippe tollit charitatem mutuam, unde in genere humano mala omnia nascuntur.
- § 72 Nimium quise hoc modo amat, is nec alium amat, nec ab alio amatur.
- § 73 Superbus mitibus discors, superbis multò etiam magis.
- § 74 Seruator noster breui declarat documento, quid sit amare

fit amare se, quid odisse: Qui odit, inquit, animam suam, nihil illi in rebus istis fortuitis aut perituriis indulgendo, is uere amat eam, & saluam cupit: qui uero amat indulgendo, is odit, is uult perditam.

Laborem pro æterno & cœlesti præmio, quis nisi amens refugiat? quum nec caduca hæc & fragilia citra laborem acquirantur. 575

Hæc est lex eorum, quibus pater est Adam, ut laborent: hæc eorum execratio, quibus mater Eva, ut affligantur. 576

Quanto præstat anniti, ut maxima merces opera nostra queratur: quam exigua, uilis, & euana, atque hinc sempiternus cruciatus & mœror? 577

Quid quod facilius & tutius, & securius, ac proinde iucundius leuiusq; est, bene agere: quum peccatum timoris & sollicitudinis sit plenum. 578

Peccatum hominis mors, ut iugulare scipsum uideatur, quisquis peccat: abducit enim se à Deo uita nostra, & à quiete cōscientiæ suæ. quia nihil est beatius. 579

Peccati fôrdes ablues lachrymis, poenitentia, & imuocatione diuinæ clementiæ, multum huic cōfisus. 580

Occasio omnis peccandi, & causa, intentissima cura uitanda est. Sapiens ait: Qui amat periculum, peribit in eo. 581

Et imminet semper occasione suæ diabolus, per quem nunquam nobis licet securis agere. 582

g s Semper

- 584 Semper est cum eo belligerandum, ut uere Iob dixerit: Militia est uita hominis super terram.
- 585 Et quū sit hostis tam potens, robustus, uasfer, tam callidus, ueteranus, exercitatus, tot uires habeat, tot stratagemata, nulla ratione, aut arte, aut ui nostra propria possemus pares illi, nedum superiores è conflictu excedere, idcirco diffisi nostris copijs, ad Deū a-currendum est, ad opem implorandam.
- 586 Hac causa Dominus ac magister noster suis illud subinde præcipit, orent, & religiosis affectibus à patre omnū petant, ne intentionem ducantur, hoc est, in prælium, quo manus cum diabolo conserant.
- 587 Et in oratione, quam ipse nos docuit, illa est coro nis, Et ne nos inducas intentionem, sed libera nos à prauo illo insidiatore.
- 588 Sic ergo agamus semper, tanquam in acie armati uigilantes, accincti, intenti, occasionibus nostris non indormientes. & quū tanta sit uitæ fugacitas, in tan ta incertitate, ut ne crastinū quidem possit sibi quisquam polliceri, stultum est & periculosisimū, si spes nostras in longum tendamus, differamusq; nos ador nare futuro itineri, quò singulis momentis uocamur, inscijs quando (uelimus nolimus) in illud peritrahe mur. quam ob rem paremus nobis thesaurum ad futurā uitam, cui aliquid quotidie accrescat, quo instru eti & confisi, nunquam per segnitatem aut secordiam inopinari-

imopinantes opprimamur: aut discedamus moesti, sed parati abire, et uitæ huius pleni, agentes præ nobis magnam et optimam spem uitæ, innocenter, sancteque transactæ per fidem filij Dei, et pietatem, quam nos edocuit, quo munere nullum potuit homini à Deo maius aut pulchrius dari: quo Deū noscimus, et quantum offici à mortali potest, æmulamur, sequimur, consequimur.

Sine hoc quid est homo aliud, quam immortale 589
pecus?

Vt unus dies humanæ uitæ præferendus est longissimæ ætati corui aut cerui, ita dies unus ex religione actus, hoc est, diuinæ uitæ, toti æternitati sine religione anteponendus.

Hæc est uita æterna, inquit CHRISTVS Domini- 591
nus, ut agnoscamus patrē, et quem ille misit IESVM
CHRISTVM.

Hic est cursus absolutæ sapientiae, cuius primus 592
gradus est nosse se, postremus nosse Deum.

Regi seculorum immortali et inuisibili,
soli Deo honor et gloria.

Brugis, 1524.

IOAN.



IOANNES LVDOVI
CVS VIVES D. MARIAE
CAMBRIAE PRINCIPI, HEN-
rici VIII. Angliae Regis
filiæ S.



OLITVM est principibus adhibe-
ris satellitiū, quod pro custodia cor-
poris ac uitæ illorū perpetuo ex-
cubet, recepto magis more quam
sapienti aut probo: quum prin-
cipes eo ipso metum suum testentur, qui ferè ex cōscien-
tia nascitur, nec ulla certior custodia sit, aut fidelior,
quam innocentia, & populorum amor, qui non ar-
mis aut terrore extorquetur: amore, fide, diligentia,
cura cōmuniū commodorum elicitor. Nec immeri-
tò laudata est Agasiclis Lacedæmonium Regis sapien-
tissima uox, posse quemuis sine satellitio regnare. qui
sic subditis imperaret, ut filijs pater. Sed si consuetur
do tot

do tot annorum usū comprobata tollit tam subito non potest, ne custodibus corporis istius careas, parentes tui curabunt. Ego uero à matre tua, inclita & sanctissima foemina rogatus, Satellitum circundabo animo tuo: quod te securiore ac tutiore præstabit, quam hastati aut sagittarij quicunq;. Nam haec corporea custodia, corrupta nonnunquam uel precio, uel metu, uel delicijs, imperatorem suum aut deseruit, ut Neronem: aut prodidit, ut Galbam: aut etiā occidit, ut Pertinacem. Hi abs te semel bona fide asciti, pectora sua pro salute tua aduersus impetus assaultusq; & insidias omnes obijcent. Est enim maius animo periculum à viribus & astu uitiorum, quam corpori ab externis aut intimis simultatibus: quāto cuiq; charior esse debet animus quam corpus, & uitiorum calidores insidia atq; occultiores, & eorum tyrannis grauior, & interitus animi acerbior ac terribilior. Accipies igitur Satellites ducentos, aut paulò plures, quos sic tibi facies familiares, ut nec noctu, nec interdiu, nec domi, nec in publico sinas à tutela tui uel latum unguem discedere. ne his, aut certe similibus destituta, prædæ sis diabolo: qui, ut Petrus ait, tanquam leo rugiens circumit, querens quem deuoret. Symbola appellaui, Symbola. quasi notas quasdam, cuiusmodi uetus mos erat Principibus se insignire, quod & fit hodie. sed latius res patuit, ad uulgum etiam progressa: unde tanquam ex stultitia

stultitiae fonte manarunt illa stolidae cuiusdam arrogantiæ, quæ hoc tempore Principes usurpant, indigna non modò Christianis, sed etiam gentilibus: quibus illi omnibus minantur, omnes terrent, et sibi ipsi plus tribuunt, quam homini est cōcessum: maioremq; in potentia sua fiduciam collocant, quam in Deo. Intelligi potest de quibus loquar, nec mihi explicatiū quicquam dicere necesse est. Eiusdem ferociae sunt insignia. signia leonum, ursorum, pardorum, luporum, serpentum, draconum, molosorum, aquilarum, uulnorum, gladicrum, ignium, & huiusmodi: tanquam pulchrum ex magnificum, ex uerè Principe dignum sit, talis esse ingenij, qualis sunt illa, atrocis, rapacis, saui, cruentiq;: quanto præstaret, aliquid pro insignibus ostendere, quod humanitate, comitate, lenitate, dulcedine alliceret atq; inuitaret? aut grauitatis ex præstantiæ magnitudine ac maiestate detineret? Porro symbolorum hæc est lex, ut sententiam absoluant uerbis ad summum quinque: & quo breuiora sunt, hoc uenustatis plus habent. quale est illud Augusti Matura. Obscuritatis aliquid ex allegoriæ symbolū condit, ut Paulum à naturali sensu deflectatur: modo ne tanta sit, quanta Pythagoras est usus, ut ab intelligentia dictorum suorum arceret imperitos: qui symbola sua longissime uerbis abduxit illinc, quò sensus spectabat: adeò ut Tyrrhenos induxerit illis citra omnem

Symbolorum lex.

omnem allegoriam parere, quum eam nō aſſequerentur. Idcirco & expositiunculas addidi, breues quidē pro rei argumēto, ſed in hoc tantum, ne te in multis ambiguitas uel remoraretur, uel falleret. Mihi pro hoc ſatellitio nolo ſtipendium aliud numerari, quām ut lex C H R I S T I, unde ſunt nobis hæc deſumpta, utique uoluimus, in tota uita atque actionibus tuis regnet: magno exemplo priuatarum, ſi talis ſis Princeps ipſa. quod facile conſequeris, matris tuæ imitacione. Homini enim Christiano, quod potest amplius præmium aut præstabilius in hac uita contingere, aut ad futuram fructuosius, quām uidere rectas suas admonitiones, non irritas cecidiffe? & opera ſua auſtam aliquorum pietatem? Impartiat tibi Dominus

I E S U S ſpiritum ſuū, ut & felicissima quām diutissimè uiuas, & fortunis omnibus
probitatem anteponas. Brugis
ad Calendas Quintiles.

M. D. XXIIII.

S C O P V S

C O P V S V I.

TAE CHRISTVS

Sit hoc primū symbo-
lum tanquam felix auſpi-
cium cæterorū. quo mo-
nemur, omnia referenda
in C H R I S T V M , & in
eum dirigenda, ut iaculan-



tium sagittas in scopulum.

2 Pax C H R I S T I .

Hæc est, quæ in totum hominem placidissimam cō-
cordiam & quietem inuehit, ne quid in ipso tumultue-
tur: nec cū alio intus aut foris pugnet, uel dissentiat.

3 Murus æneus sana conscientia.

Impenetrabilis est enim, & qui maxime hominē
tutatur, ex Horatio: Hic murus aheneus esto, Nil con-
scire sibi, nulla pallescere culpa.

4 Felicitas unica, intus nil strepere.

Fons humanæ felicitatis & misericordiae in animo est,
qui si tranquillus fit, suauissime agimus: si commo-
ueatur, insuauissime, ut si fons turbetur, coenosae sit
aqua: si quiescat, liquida, & gustui grata.

5 Bonis omnia in bonum.

Homo probus et sapiens, quæcunq; siue bona cō-
tingant, siue mala, ad suam utilitatem uertit, dexterit-
tate sapien-

tate sapientiae. Deus etiam omnia quae dat charis sibi,
conuertit in salutis instrumentum, sicut Paulus inquit,
Diligentibus Deum omnia redeunt in bona.

Suspicionibus securis.

6

Non indulendum suspicionibus: non leuiter auer-
tendae, sed securibus sunt rescindenda.

Virtus instar omnium.

7

Nulla enim re ad bene uiuendum indiget, qui eam
habet, quod Stoici senserunt: et id sentire Christianos
magis decet.

Virtus citra fortunam uralida.

8

Et hoc ex Stoicis, et Christianis.

Tibicen fortunae uirtus.

9

Infirma sunt sine uirtute, quaecumque uel exterius
contingunt, uel corpori: ideo sustentaculum fortune
est uirtus. hoc est enim in aedificijs tibicen,

Sanus intus & exterius.

10

Iuuenialis, ex Socrate: Orandum est, ut sit mens sa-
na in corpore sano.

Antidotum uitae, patientia.

11

Horatius, Cuius dolori remedium est patientia. hoc
est uerum antidotum contra tot uenena uitae huius,
quibus undique intrinsecus, et extrinsecus inuadi-
mur, ac urgemur.

Sal uitae, amicitia.

b Insula

*In iufa est enim uita sine amicitia, et maxima que
que oblectamēta insuauia, ut Cice. in Lælio declarat.*

13 *Oculus uitæ, sapientia.*

*Sapientia est rerum humanarum & diuinarum
notitia, qua sublata cæca effet uita nostra, & inden-
siſſimis tenebris deſtituta.*

14 *In uirtute oculi & manus.*

Inficienda enim uirtus, & agenda.

15 *Multi nimium, nemo satis.*

*Habent, intellige, ex Seneca: Fortuna multis ni-
mum dedit, nemini satis. Nam multi quū plus quam
ſufficiunt, aut oportet poſſideant, nondum tamen uiden-
tur ſibi habere satis: quod ad cupiditatem uiuunt,
quæ infatiabilis eſt.*

16 *Satis hoc contento.*

*Nihil tam exiguum, quod non ſufficiat ei, qui am-
plius non requirit.*

17 *Satis relicturo.*

*Quid iuuat tam multa congerere, aut tam anxie
cuſtodire: quum uelimus nolimus, relinquenda ſint?*

18 *Intus quam exterius formosior.*

*Vera pulchritudo eſt in animo. idcirco Stoici ſolū
ſapientem uocabant pulchrum. Cicero 3. de Fin. &
Socrates apud Platonem in Alcibiade de uotis, opta-
bat, ut intus pulcher efficeretur.*

Intus

Intus quām exterius ornatior.

29

Ornamenta interiora sunt uirtutes, eruditio, acumen: quae excellentiora sunt uestimentis, aut forma corporis.

Harmonia interna.

29

ut nihil ab alio dissonet, sed sit cōcentus in animo dulcissimus: hanc uerā esse musicā dicebat Socrates:

Velle instar omnium.

28

Apud Deum sufficit uelle. et gentilium sunt illa celebrata: Si de sunt uires, tamen est laudanda uoluntas: et, Voluntas pro facultate:

Natura quis pauper?

28

Nulli potest deesse, quo se sustentet: sic enim prouidit natura, ut facile suppeditat animātibus alimonia, modò ne quis putet se non posse uiuere sine pane siliquo, et pisciculis ex mari Aegeo aduectis, aut aquaculis multò parandis. panis et aqua uitæ sufficit, interim solum olus.

Opinione quis diues?

29

Nemo est humanis opinionibus diues, quae in immensum nostros usus auxerunt, ut nemo tam habeat multa, cui non aliquid deesse uideatur. quo fit, ut diues non sit, quum aliquid requirit amplius. Ita si errorem communem recipimus, nec sua opinione quisquam erit diues, nec aliena.

b a

Nec malum

24 Nec malum, nec frontem.

Nec mali quid feceris, reueritus Deum: nec quod malum esse existimetur, reueritus homines: tum ne alios offendas, aut exemplo sis ad malum.

25 Sapiens solus longæuus.

Vita enim stultorum non est uita. ea demū est uita, quæ per sapientiam agitur. ita preferendus est dies unus sapientis, longissimæ æternitati stultorum. ex Cicerone s. Tusc. quæstionum.

26 Nocere promptum, ut pessimum.**27 Prodesse abstrusum, ut optimum.**

Nihil est tam imbecillum, aut tenuè, quod nō possit aliquā nocere, sed prodesse difficillimum. non est hoc cuiusvis. et nocere pessimum, nempe diabolicum: prodesse uero, utpote diuinum, præstantissimum. idcirco nemo explicare debet uires suas nocendo, quum aranei morsus possit hominem necare, sed iuuando, quod rarum est, & pulcherrimum, diuinæq; naturæ cognatum.

28 Pauper egens, non carens.

Non est pauper, qui caret, sed qui eget, qui desiderat. Socrates forum ingressus, Quām multis ego, inquit, non egeo?

29 Alienis lachrymis cauтор.**30 Alieno risu lætior,**

Non est

Non est gaudendum alienis malis, sed danda opera, ut illis fiamus cautores, ne in illorum causam incidamus: nec inuidendum alienæ lœtitiae, sed gaudendum, tanquam si tibi contigisset.

Cor canum in iuuenili corpore.

31
ut sit prudentia senilis in iuuentu. cor enim sedes est ingenij & mentis, unde cordati homines.

Pedica nimia fiducia.

Decipitur facile, quisquis nimium fudit alijs: sed potissimum qui sibi ipse. ne uirtuti quidem suæ, unde facile nascitur arrogantia, & uanitas, quæ sepiissime uirtutibus succrescit.

Columbi oculus in serpentino corde.

32
Hoc ex Euangeliō: Estote prudentes ut serpētes, & simplices ut columbæ. Decet enim nos corde sapere, sed oculo in iudicando uti minimè maligno, aut uafro.

Oculus in sceptro.

33
Nulla uirtus magis decet principem, quam prudentia. quid enim aliud est potētia in stulto, quam gladius in manu furentis? Istud sumptum ex Hieroglyphicis Aegyptiorum.

In uirtute delphinus.

34
Narrant nullum animaliū celerius esse delphino.

Admonemur non debere nos differre bene agere, sed

35
ut ius

uti in eo aggrediendo magna celeritate.

36 In ultione Callipedes.

Suetonius in Tyberio refert, hunc seu hominem, seu animans aliud, quū diem totum se cōmouerit, non promouere tamen cubitum unum, ut tarditas illa in prouerbium uenerit. Significat symbolum, lentissimos debere nos esse in ulciscendo.

37 Temporis minister.

Allusio ad uetus oraculū, Tēpori pare. de quo Plato, et Cice. & Seneca. Accomodare se debet unusquisque tēpori, nec speret coacturū se tēpora, ut suis rebus seruiant. ipse potius præsentirerum statu subseruiat.

38 Tempori parcus dispensator.

Et istud uetus, Tempori parce. Nihil charius debet nobis esse. quippe nihil est aliud tēpus, quam uita, quam unusquisq; tantum se amare profuetur, quam nullius rei magis sit prodigus, quam temporis. Seneca de breuitate uitæ, eodem spectat.

39 Magno uendendum tempus.

40 Gloria Crocodilus.

Animale est in Nilo amne Aegypti, cuius hanc frunt naturam, ut persequentes fugiat, fugientes persequatur: sic gloria quærentes fugit, negligentes sequitur. Sallustius de Catone: Quo minus gloriam petebat, hoc eam magis assequebatur,

Hemerobis

Hemerobia uana gloria.

43

Aristoteles scribit, ad Hippam Scythiae fluuium
nasci bestias, quae ad perendinum diem nunquam
perueniant, quae hac de causa dicuntur ἡφημερίδες οὐ
ἀναπτεῖσαι, quasi diarie: sic inanis gloria cito extingui-
tur, nec diurna esse potest.

Disce uiuere.

42

Disce mori.

43

Vtrumq; ex aequo discendum, et recte uiuere, et
recte mori. nemo recte moritur, qui non recte uixerit.
hoc est totius uitæ exercitium, ut bene uiuamus, nec
iniquo moriamor animo.

Viue ut post uiuas.

44

Sic est hic uiuendum, ut ad alteram perueniamus
meliorem, atq; adeò ueram uitam: nam præsens uita,
quid aliud est, quam peregrinatio?

Virtus exercetur, non perit.

45

Generosa uirtus flatu acceditur.

46

Virtus inimicitij fortunæ crescit.

47

Eodem pertinent, Virtutē maiore fieri aduersis,
tanquam materia suorum incrementorū. Medium re-
ferri potest, uel ad flatū iratæ fortunæ, uel ad laudem.

Extorquet quies.

48

Nullum imperium grauius aut potentius quieto,
in quo inest plus autoritatis et maiestatis, quam in

h 4 uehementi

120 IO. LUDOVICI VIVIS
uehementi & turbulentio. tale describit Vergil. i. Ae-
neidos: Ac ueluti magno in populo. & Claudianus de
consulatu Manlij Theodori: Imperium cōcitatum, ut
multum habet impetus, sic minus uirium, citius con-
temnitur, facilius frangitur.

49 Terret imperium.

De imperio uehementi, quod metum quidem incu-
tit, sed debilitat subditorum uires.

50 Blandum imperium imperiosum.

Maiores enim habet uires, & fortius cogit. Auso-
nius: Blando uis latet imperio.

51 Domitrix omnium patientia.

Vergilius: Vincenda omnis fortuna ferendo est.
Fortuna & casus humani, & impetus hominum re-
tunduntur, si opponatur moles patientiae: quod ofte-
derunt martyres nostrae pietatis.

52 Nobilitatem non dat unus dies.

Nemo est nobilis, quod bis aut illis parentibus na-
tus sit, nec fors nascendi, quæ uno die contingit, facit
nobilem, sed preclari uirtutis actus. Iuuenialis: Tota
licet ueteres exornent undiq; ceræ Atria: Nobilitas
sola est, atq; unica uirtus.

53 Generositas uirtus, non sanguis.

Ad idem tendit, Inductione ad eam rem utuntur,
Quis equus generosus? quis canis? nonne qui opti-
mus? &

*mus: & sic in cæteris animantibus, ac stirpibus. ergo
& generosus homo non alius, quam optimus.*

Fortuna nimis blanda, hamata. 54

Publius in Mimus: Fortuna cum blanditur, captatum uenit. nulla est alia fortuna, quam Deus: sed admonemur, non efferri, non fidere corporis aut diuitiarum successibus: hi enim fortunæ nomine solent intelligi: nec Deus nos fallit, ipsi nos fallimus, stultè utentes rebus.

Fortuna fallacior, quo blandior. 55

Quod ego ad moderationē animi Cardinali Cronio dederam. sed non tam symbolum id fuit, quam uaticinium. nam quum se effusissimè fortuna in illius & Ceruiani patrui sinum effudisset, repente utrumq; absumpsit, sed Cardinalem adolescentem adhuc, alterius & uiginti annorum.

Stabilissima fortuna stultissima. 56

Idem Mimus: Fortuna nimium quem fouet, stultū facit. adimit enim mentem, & tantis successibus infuscit animus humanus, ut iam nec alios ferre possit, nec se. Memini matrem tuam sapientissimam fœminā dixisse mihi, quum à Sion ad Richemundiam cymbare ueheremur, se quidem temperatam & mediā quādam fortunam malle, quam uicel asperrimam, uelleissimam: alterutrum tamen optandum si esset, electus

b s rām

ram citius tristissimam, quam blandissimam. infelici-
bus non deesse consolationem, fortunatiis. deesse men-
tem. Quod dictum uerè pudici pectoris & sapietis,
ego apud multos in hac regione celeberrimum feci.

57 Corpus excors fragile.

Horatius: Robur sine consilio, mole ruit sua. &
apud Ciceronē sēpe, Nihil esse uires citra consilium.

58 Cor uel incorporeum firmum.

Consilium magnas per se habet uires, etiā si corpo-
reæ uires desint. quod ostendit natura in formicis, &
apiculis. Sallustius: Nō uiribus, aut uelocitate corpo-
rū res magnæ geruntur, sed consilio, autoritate. Ex-
dem est sententia Ciceronis in Catone maiore.

59 Fideli nullæ seræ.

Omnia ei cōcreduntur, nihil est ei clausum. Theo-
gnides: O Cyrne, argento fidelis præstat & auro,
Contrà, infideli nihil est satis clausum.

60 Autoritas rerum gerendarum telum.

Plura perficit autoritas, quam uires, aut etiam
consilia. declarari hoc potest in principibus, qui ma-
gnas res gerunt, non tam opibus aut sapientia, quam
autoritate & maiestate. bella dicebat Cæsar, fama
plurimum confici. multum quoque interest, quis
dicat, honoratus an in honoratus: ut ait apud Eur-
ipidem Hecuba.

Veraci

Veraci creditur, & mentienti. 61

Propter autoritatem, & præceptam fidem.

Mendaci non creditur, & iurato. 62

Aristoteles interrogatus, quid lucraretur mendas: respondit, ut quum uera dicant, nemo credat.

Magnes amoris amor. 63

Nihil est, quod sic eliciat amorem, ut amor. Martialis: Hoc non fit uerbis Marce, ut ameris ama. Est naturalis quædam in rebus coniunctio & harmonia, ut nemo illum oderit, à quo diligitur. De hoc Plato, Seneca, & alij.

Philtra amor. 64

Itaq; non est opus alio poculo amatorio, ad amore expimendum, quam amore.

Magnum satellitium amor. 65

Claudianus: Non sic excubiae, nec circumstantia pila, ut tutatur amor. Sallustius: Non arma, aut opes præsidia regni sunt, sed amici. nemo enim uult nocere ei, quem amat. Simile est quod sequitur.

Firmissimæ opes amor. 66

Non modò impia, sed stulta est etiā in rebus mundanis illorum uox, qui aiunt omnia in pecunia esse constituta, amorem parum posse, quum uideamus maximas opes propter odiū subuersas: minimas uero, & infirmas, mimicitijs constabilitas. Hinc uerbum

Hec uerbum

uetus: Vbi amici, ibi opes. Apud Germanos et Scythas nullae fuerunt olim opes aliae.

67 Vbi terror, ibi timor.

Neceſſe est eum timere, qui terret alios. Ex ueritatem sententia, apud multos celebri.

68 Vbi uber, ibi tuber.

Apuleius in Floridis: Nihil quicquam homini tam prosperum diuinitus datum, quin et tamen admisum sit aliquid difficultatis, ut etiam in amplissima quaestione letitia subsit quæpiam vel parua querimonia, coniugatione quadam mellis et fellis: Vbi uber, ibi tuber.

69 Omnia proposuit labori Deus.

Horatius: Nil sine magno Vita labore dedit mortalibus. et Vergilius: Labor omnia uincit improbus.

Ferunt fabulæ, Iouem hominibus omnia uenalia expusisse, preium esse laborem. Dici non potest, quantū in re omni ualeat quantulacunque sedulitas, ut de formicis scribit Plinius.

70 Immodica imbecilla.

71 Modica firma.

Quum Theopompos rex Lacedæmoniorum Ephesos regio imperio opposuisset, querenti uxori, quod minorem filijs potentiam esset traditurus, quam à patre accepisset: Atqui firmorem, inquit. Modicum uero cum mediocre est: tum moderatum, utroque dictum pertinet.

pertinet. Et in omni uita res mediocres iucundiores ac stabiliores sunt, quam uastae atq; immanes. unde illud Hesiodi: Dimidium plus toto. quia mediocritas nimitate præstabilior. & Claudianus: Vixit exiguomelius.

Magnus ope minorum.

72

Nemo ad magnitudinem peruenit, nisi auxilio minorum. quo grauius est illum infirmiores despicer, quorum adiumento eò cœclus est, unde hoc ipsi facere liceret.

Vicit uim uirtus.

73

Virtus ut Deo cognata, uires omnes hominum infringit.

Strauit fortunam uirtus.

74

Multis exemplis ostensum est, potentiore esse uitutem opibus & casibus fortuitis, ut magni & excellentes uirtute uiri humanos casus sublimes & intrepidi calcarint, & quibus opes succubuerint, ea uirtus superauit, uelut carcerem Socrates, Rutilius exiliū, inimicitiā potentum Cato, sed atrocissima dictu nostri martyres.

Fortitudo in fortunam, nō homines.

75

Non est fortitudo cädere, sternere, cladem hominibus afferre. hoc beluarum est, non hominum. Vera fortitudo est, uitia cohibere, fortuita despicer, nihil nisi

76 Optima, cibus inuidiae.

Inuidia non arrodit, nisi excelsa et optima: humilia, abiecta, uilia negligit, non sunt illi esui. molestum est inuidiam ferre, et tamen molestius, nihil habere inuidendum.

77 Inuidia sibi & alijs uenenum.

Alia perimit, sed primum seipsam. in ceteris inuidia est iniquissima. in hoc equissima, quod et illum tanquam ueneno consumit, in quo est, et eum ulciscitur quem impedit.

78 Inuidia uipera.

Ferunt hanc edi, arrosis matris lateribus: ita prius quam exeat, matrem perimit. sic inuidia, primum omnium enecat eum, in quo gignitur, tum prodiuuenatissima fera.

79 Quod Deo & homini.

Aequum est, nos ipsos uoluntati Dei praebere morigeros, ac obsequentes: nobisque idem placere, quod Deo, ne quis indignetur, aut improbet res sic aut alter eueniire, quum autor sit omnium Deus: nos quorsum tendant ignari.

80 Da cæcus.

81 Accipe oculatus.

Decet eum qui dat, non meminisse beneficij nec multum

multum spectare cui det, certè continuo oculos auertere, ne exprobrare aut imputare videatur, aut laudem querere. eum uero, qui accipit, intueri non tam munus, quam dantem, & semper meminisse gratiae. Idcirco fingunt tres esse Gratias, duas nunquam retrospicere, tertiam semper priores intueri.

Bonus bonis & malis. 82

Malus nec malis, nec bonis. 83

Bonus & admirabilis, & charus est bonis, & malis: malus uero neutrīs.

Praesidium in innocentia. 84

Inter tot uitæ huius pericula, quū reliqua omnia iniuriæ obnoxia sint, innocentia noceri nō potest. tū & reliqua fluxa, & euāida, et infirma sunt: sola innocentia efficit, ne aliqua uiolari possumus. nec quisquā alia re magis fidere, aut alia debet cōparare suæ salutis munimenta, quis nō tutus modò agat inter pericula, sed inter maximos terrores securus. Innocentia humanorū summū, inquit Plinius in Praefatione.

Matura. 85

Quod aliter dicitur, Festina tarde. Augusti uerbum apud Suetonium. Per quod intellige, debere in negotijs gerendis celeritatem tarditati admisceri. nec quicquā nimis properanter agi, nec nimis lente. Hæc duouerbo unico significari putat, Matura. ut apud Sallustium:

Sallustium: Nam prius quām incipiās, consulto: et
ubi cōsulueris, mature opus est facio. Quanquā in con-
sulendo uelim suscipi plus tarditatis: in agendo autē,
modò sit satis grauiter deliberatum, plus celeritatis.

86 Ciconiæ beneficium.

Ciconiæ hic est mos, ut unum ē pullis relinquat et
domui, in qua est nidulata. tum et parētes senio defē-
ctos standiū et nutrit, et gestat humeris, quām ipsa
ab eis fuerat paruula atq; imbecillis educata. unde
ālēpiālāp̄sp̄. Itā optime in eam collocatur beneficium,
et in homines gratos, qui eius significantur nota. ta-
met si commodandum est cuicunq; possis. Quod uul-
gō nostrates dicunt: Benefac, nec species cui, sed grā-
tis, potissimum propter exemplum.

87 Comœdia uita humana.

Est enim ceu ludus quidā, in quo unusquisq; agit
personam suam. Danda est opera, ut moderatis affe-
ctibus transfigatur: nec cruenta sit Catastrophe, aut
funesta, qualis solet eſſe in Tragœdijs, sed lāta, qua-
lis in comœdijs. ideo additur.

88 Ne uita tragœdia.

In qua turbulenta, et ſœua ſunt omnia.

89 Confide recte agens.

Neminem metue innocens. Nam probo animo
nemo potest nocere, et ſi corpori noceat, hactenus
nocet;

nocet, ut animam ex eo tanquam è carcere in libertatem emittat, ueramq; uitam.

Veritas temporis filia.

Verum quod diu latuit, procedente tempore existit et appareret, ne quis fidat mendacio, uel putet in occulto semper ueritatem fore. Cicero: Opinionum commenta delet dies, naturae iudicia confirmat.

Lupus mendacio tempus.

Vorat enim, et absimit.

Veritas premitur, non opprimitur.

Laborat uerum, sed eluctatur tandem.

Mendacio comites tenebrae.

Tandem enim obscuratur, tum et amat tenebras, quibus tuncatur se se.

Veritatis splendor comes.

Exilium inter malos.

Non est exiliū à patria abesse, sed à bonis, et inter malos agere. Relegarant Sinenses Diogenem Cynicum: Et ego illos relegavi, inquit Diogenes. quū hic Athenis uiueret, illi in Pontica barbarie.

Ne hilarem insaniam insanias.

Ex Seneca, quum quis mente abiecta, uel submersa, uoluptatibus se et delitijs mancipauit.

Inter spirias calceatus.

Admonet, non incaute agendum inter inimicos: i quumq;

830 IO. LUDOVICI VIVIS
quumq; inimicis septa sit hæc uita, circumspetione
& magna cautione opus est ad eam transigendum.

98 Deum sequere.

Vetus dictum: *Deo dñe. potest sic dici, Deus dux*
ut illius et duclui atq; auspicijs te totū in hac uita mi
litia permittas, et imperijs obtemperes, et exem
plum æmuleris.

99 Fama pluris quam opes.

Et iucundior est, & utilior. multos uidemus ma
gnis spoliatos opibus propter aduersam famā, alios
propter secundū et fauorabile rumorē locupletato.

100 Virtus pluris quam fama.

Res solida & firma, & perennatura pluris es
tmandae est, quam ficta, atque adumbrata: & corpus
quanto maioris, quam umbra?

101 Virtutis umbra gloria.

Ex Socrate. idco compendiosa est ad gloriam pri
uirtutem uia.

102 Oculos in pectus.

In pectore est cor, sedes cogitationum. Perinde est
ac si dicas, Nosce te ipsum.

103 Non extorquebis amari.

Claudianus in Panegyrico sexti cōsulatus Honori.

Cetera extorquebitur uia, amori non potest uis inferri.

104 Tempus edax rerum.

Quidij

Ouidij in Metamorph. 15. & Aristoteles: Omnia tempore cōtabescunt, & decidunt, prēter Deū: & spiritus, quibus ille immortalitatem communicauit.

Subiecta Dei manu consistimus. 108

Nec angeli, nec animæ nostræ sunt natura sua immortales, sed uoluntate Dei: nec res uel momentum duraret, nisi eam regentis Dei cura sustineret. quo intollerabilius est in tanta infirmitate superbia, aut ingratitudo, si nō agnoscas cuius munus sit uita, & ea, quibus intumescis.

Gloria uento discutitur. 106

Quum aliud non sit, quam flatus quidam.

Propter inuidiam uel opulentiam. 107

Inuidia, inquit Sallustius, ex opulentia orta est: ideo opes celandæ sunt, ne inuidiam nobis pariant: graue est enim eam ferre, quamvis innoxiam.

Honores onera. 108

Multæ curæ & sollicitudines fisciendi sunt, multi labores adeundi constitutis in dignitate, aut honore: maxime quum illum student conseruare. non minus erit uenustum, si dicatur, Fasces, fasces. Erant fasces magistratum Romanorum insignia, sunt & fasces sarcinæ ac onera.

Virtutis radices altæ. 109

t 2 Ad stabili-

Ad stabilitatem uirtutis pertinet, quum reliqua
uix summo solo hereant.

100 Mortalibus immortalia præferenda.
vt uirtus & eius æternum præmium, diuitijs aut
honoribus, aut quibusvis humanis affectibus.

111 Alata ætas.

Celerrime enim auolat: Et fugiunt freno non re-
morante dies. & hoc citius, si sit bona ætas: nam mala
diutius immorantur, & premunt.

112 Fidens, non confidens.

Sperandum est benè, sed non stolidè, aut pruden-
ter. quumq; incerta sint omnia futura, nec in felici-
tate attollendus est animus, nec in aduersis cōtrahen-
dus. nec id tamen sperandum aut aggrediendū, quod
maiis sit uiribus, aut uerecundiæ terminos excedat.

113 Cuius pudebit, pigeat.

114 Ne feceris, quod factum nolis.

Finis in re omni spectandus est: stultuq; est id age-
re, quod postea multò redempturus sis. ne feceris,
quum parum proderit pœnitentia.

115 Stulta de alienis superbia.

Videtur enim absolum, si ob eas te res extollas,
quæ tuæ non sunt. porrò quid sit alienum, declaratur
proximo symbolo.

116 Alienum quicquid adimitur.

Quod

Quod tolli potest, nostrum non est, ut fortuita & corporea, solus animus est noster.

Quod commodauit fortuna, tollet. 117

Quod mutuauit natura, repetet. 118

Quod parauerit uirtus, retinebis. 119

Commodata uidentur à fortuna, quæ eadem redundunt: mutuata à natura, quæ similia. nō eadem, sed ultraq; nō diutius futura sunt apud nos, quam creditor aut commendator permiserit. At uirtutis præclarafecimora, quemadmodum inquit Sallustius, sicuti anima ipsa, immortalia sunt.

Princeps priuatis sublimior sentiēdū. 120

Non decet principem aut opibus modò, aut potentia priuatos excellere: sed sensu quodam & opinonibus, supra popularem captum sepientissimis. ut non moueat exignis & uilibus reculis, sicut plebecula, sed sit in eo, ut dignitas, ita sapientia quædam singularis. indignum enim est eos, qui bus cæteri parent, non melius de rebus censere, quam uulgus imperitorum hominum.

Princeps multis consulendo. 121

Hoc demum est principem agere, publicas utilitates suis anteponere, existimareq; neminem esse inter subditos, cuius cura peculiariter ad se non pertineat. Itaq; princeps officium suum implet, propria cōmoda &

da et proprios affectus exuendo, induendo communes. Idecirco enim electi sunt principes, ut essent, qui suis priuatis soluti curis, publicis excubarent. Licet sit sic dicere: Officium est imperare, non regnum.

¶22 Tu tibi uenerabilis.

Ne quid turpe uel agas, uel cogites, reveritus te ipsum.

¶23 Malum occultum perniciosissimum.

Non enim potest aut poenitidine deleri, aut castigatione tolli, aut explicatione leuari, aut consolacione leniri, siue sit delictum, siue affectus aliquis.

¶24 Non quandiu, sed quam bene.

Ad uitam et actiones omnes pertinet. Multis breve tempore seu uitae contigit, seu quid aliud agendi, nemini adempta est in quantulocunque tempore facultas recte se in eo gerendi, quod instituit. ideo non refert, quanta sit ei diuturnitas, sed qualis administratio: nec uitam, ut sit bona, longam esse oportet, uel in uno momento sanctissime licet uiuere.

¶25 Nomen praे opibus.

Pluris enim faciendum est bonum nomen, quam diuitiae multæ, iuxta sententiam Solomonis.

¶26 Odiosus, modò immerito.

Ne cures, quod odio habearis, modò id culpatum non contingat, quod aliquid ipse feceris odio dignum.

Ingratitudo

Ingratitudo multis immerētib. noxia. 127

Cessant enim homines benefacere, si in ingratos
inciderint; ita gratos recusant experiri, ab ingratis
læsi. idcirco lex erat in Græcia aduersus ingratos,
quod id uitium uideretur communioni & societati ho-
minum uchementer damnosum.

Iniuria obliuione ulciscenda. 128

Non est uerior aduersus iniuriam ultio, quam si
obliviscaris eius: sic enim nec animum uret, nec ma-
gis laedet, quam si facta non esset.

Præcipitis consilijs assecla poenitentia. 129

Multum enim cogitandum & deliberandum est,
ante quam statuas sententia ex Platone sumpta.

Quod uni, & omnibus. 130

Parsumus omnes creati lege, quicquid uni euenit,
potest & omnibus euenire: ne quis quum aliena uidet
mala, securus agat.

Ne ferrum igni. 131

No est ira ferro armada. Ex Pythagoræ symbolis.

Lachrymis ignis extinguendus. 132

Iram contra te lachrymis & poenitentia, & peti-
tione ueniae placato, non solum Dei, sed etiam homi-
num, non est turpe ueniam precari, turpe est Deum
aut hominem habere inimicum.

133 Fastigio caput summitte.

Potentiae cede: ne cum opulentiore, aut maiore,
aut meliore contendito.

134 Falso nomine non gaudendum.

Fluxum est enim, et momentaneum: nec iuuat,
quum reclamet conscientia.

135 Amicus, ut non aliis.

136 Inimicus, ut non idem.

Amicus sic amandus est, sic colendus, sic cum eo
uersandum, ut non putas posse inimicum fieri: inimi-
cum uero sic oderis, tanquam aliquando amicus sit fu-
turus. in quo damnatur à Cicerone sententia Biantius
Priennaei, quam sequutus est in Misis Publius.

137 Quod uideri uis, esto.

Nulla uia facilior, non idem ualent fucata et si-
mulata, quod uera et solida. magna istis ineft uis,
infirma sunt illa.

138 Oculum in metam.

Spectandus est in rebus omnibus finis et exitus,
ne praesentibus periculose decipiamur.

139 Nocens metuit poenam.

140 Innocens neccasum.

Nocens stimulante conscientia, metuit paratam
legibus poenam. innocens fiducia conscientie nec hu-
manos casus pertimescit, quum sua omnia in se uno,
hoc est,

hoce est, in animo & uirtute posita esse ducat: tum & illū sequitur, illi fudit, in cuius manus sunt casus omnes.

Excusanda seruitus sub necessitate. 141

Non dico honesta, ut Publius, sed excusanda. causam enim probabilem potest afferre, cur seruiat, quia necessitate impellitur. sed multū interest, quam quisque fingat sibi necessitatem.

Ne à pudendo uincaris hoste. 142

Vt uoluptatibus, libidinibus, cupiditatibus, ira, & ceteris uitijs.

Turpibus ne seruito. 143

Vt uitijs, & malis hominibus, quorū consuetudines peior, & eorum sceleribus uideris esse administer.

Amicum inimicum fugito. 144

Hoc est, assentatorem, fucatum amicū, & eum qui sub amicitiae nomine odit, aut contemnit, aut inuidet. sunt enim, qui amicos infelices diligunt, felicibus inuident. Tum illos potissimum fugito, qui amore simulant, quum insidentur probitati & uirtuti: aut qui familiaritate ostensa, labem & ignominiam afferūt: quiq; ad flagitia & facinora uel exhortantur, uel in citamento sunt exemplo sui.

Nelingua mente celerior. 145

Cigitandum prius, quid loquaris. uelociſſimus da-
i s t u s eſt

tus est animus, ne quid possit cum praeuertere, si uelit:
debet hic esse linguae clavis.

•46 Bellum cum uitis.

Non cum hominibus debet geri bellum, nec uires
ac robur in eos ostentandæ, sed in uitia, qui sunt ueri
hostes, nobis exitiabiles.

•47 Diuitiae iniuriæ pignora.

Ex Eucherio Lugdunen. Multis fit iniuria, tantū
ut tollantur opes, expilantur à furibus, spoliantur à
latronibus, & ceduntur. in hos calumniatores inua-
dūt, in hos indices acriter cognoscunt, et animaduer-
tūt: præsertim in ijs criminibus, ob quæ fortunæ adi-
muntur: in quibus nulli tutiores sunt, quam qui quod
perdūt nō habent. nulli periculo propiores diuitibus.

•48 Bona ad beneficiendum.

Non cōuenit bona uel animi, uel corporis, uel ex-
terna data esse homini ad nocendum: nec ad malefa-
ciendum tributa sunt, quod nomen ipsum indicat, ut
& sibi profint, & alijs.

•49 Maximæ opes, prodesse.

Nihil iucundius ipsi, qui id facit, nihil eidem tu-
tius. nam qui profuit multis, hunc tuentur multi.

•50 Thesaurus gratia boni.

Magnus est thesaurus gratia, quam uir bonus de-
bet pro beneficio.

Quod

Quod uides, non diu.

151

Quæcumq; in uita cernis, nō diu cernes: aut enim illa interitus auferet, aut te.

Vt uerax, ne suspicax.

152

Ex Eucherio. Qui enim suspicax est, facile quæ cō perta non habet, affirmabit: ita mentietur affectus impulsu.

Non diues, ni contemnas.

153

Ex Seneca. Nemo enim suis diuitijs, ut oportet uti tur: nec fructum ex eis ullum capit, qui noctes & dies pro illis est sollicitus: qui uero possidet tanquam alienas, hic demum tanquam suis fruitur. nullum bonum iuuat animum, nisi ad cuius amissionem ipse præparatus est, hinc illud Mimi: Despicere oportet, quod possis deperdere.

Expende.

154

Singulorum pondus & precium aestimandum, tum quæ dicturus, quæq; acturus, exordia, progressus, exitus rerum.

Sine querela.

155

Viuendum ita, ut non sit cur uel de te quisquam conqueratur, uel ipse de quoquam, aut de fortuna: nec ipse cuiquam facias iniuriā, nec factam tibi credas. Se neca de Tranquillitate uitæ: Assuecendū itaq; cōditioni sue, & quam minimum de illa querendum, & quicquid

quicquid habet circa se commodi, apprehendendum.
Nil tam acerbum est, in quo non æquis animus so-
latum inueniat. Hoc est symbolum nostrum.

156 Frenum in lingua.

Ne soluta dicat, quod noceat: unde infrenes no-
minantur.

157 Ne bos in lingua.

Allusio ad uetus proverbiū. Bos moneta erat num-
mi Attici, & hinc ipse nummus sic appellabatur, qui
tacebant precio conducti, dicebantur loqui non posse,
quod bouem haberent in lingua. Simile est illud, quod
in Demosthenem mercede tacentem, quum anginam
causaretur, quidam dixit: Non anginam patitur, sed
argentanginam.

158 Accurate cogita immutabilia.

Multum deliberandum est antequam facias, quod
factum mutari non poterit: ut, ducere uxorem, sacris
initiari, aut bellum suscipere, aut prælium cōmittere.
potest etiā aliò referri, ut multū de æternis illis post
uitam cogitemus, quo sanctius hic uiuamus.

159 Longius, modò tutius.

Ad uitam sp̄ectat, ad tempus etiam, ne se clemur di-
spendiosa compendia uel in eruditione, uel in paran-
dis opibus, aut eiusmodi. Augustus solitus erat dice-
re: Sat citò, si sat bene.

Populo

Populo cede, non pare.

*Non est cum multitudine pugnandum, bclua mul
ticipiti, sed nec eius opinionibus assentiendum.*

Et pilo sua umbra.

*Nullus est tam contemptibilis, qui nō et prodes-
se in loco, et quod facilius est, nocere posse: ideo ne-
mo contemnendus.*

Hospes ne curiosus.

*In aliena domo, in aliena ciuitate decet unumquen-
que modestè se gerere, nec curiosè se interponere in
administrationem. multò magis conuenit nos in hoc
mundo, minime sollicitè aut curiosè agere, in quo pla-
nè hospites sumus, seu exules uerius.*

Cæde, modò doce.

*Ex amore sciendi dictum à Diogene Antistheni,
cum is sustulisset baculum, ut discipulum cederet,
molestem sciscitatorem.*

Magnum hospitium magni hospitis. 164

*Non potest esse exiguum hospitium, quod implet
magnus hospes, nec contemnendum id corpus, quod
inhabitat excellens animus.*

Tota uita dies unus.

*Ex Quintiliano in Mathematico: Si omnia uitæ
huius diligenter excutiantur, quid aliud est uita tota,
quam dies unus? aut quid est in uniuersa uita, quod
non sit*

*non sit in quo quis die? ut mirandum sit, non exatim
homines eisdem toties redeuntibus.*

166 Diarij omnes.

*Ex superiore pendet, ex ad breuitatem etatis
refertur.*

167 Ex usu, non collatione fortuna.

*Vt sis diues, non spectandum est tibi quantum ali
possideant, sed quanto tue geas.*

168 Maiores superbis, minores modestus.

*Ad minuendam superbiam spectet quisque prestat
tiores se, in eo de quo intumescit: ad leniendum mo
rorem, infeliores in eo de quo tristatur.*

169 Foris Argus, domi talpa.

*In eos, qui in aliena mire oculati sunt, ad sua cæci.
Argus centoculus fuit, talpa est cæca. Fabella est de
manticis apud Aesopum & Persium, quarum altera
dependet ad peccatum, in qua sunt aliena uitia: altera ad
tergum, in qua nostra. Potest etiam dici: Domi Tir
sias, foris lynx.*

170 Ne nimium scrutare.

In candē sententiā: et sic, Ne molestus percōtator.

171 Certum in incerto.

*Nihil est uita incertius, in hac paranda est virtus
certissima possessio: intuenda altera illa immortalis
cogitanda mors, qua nihil est certius: uane et incerta
spes, &*

spes, et sollicitudines dimitte, quibus (ut quædam
dū Manlius inquit) dum quærimus æuū, perdamus.

Voluptates specta abeuntes.

Nam quum adueniunt, delectant: ideo pulchræ
iucundæq; existimantur, recedentes turpitudinem
ac fœditatem suam produnt, posset sic afformari, In
voluptate deorsum, non faciem. Videbis fœditatem
earum, & poenitentiam, quam relinquunt. sic fiet,
ut eas auferis ac detestere,

Voluptas malorum esca.

Platonis sentētia: Malus capitur uoluptate, bonus
consilio: bono uiro Deus est lex: malo, cupiditas.

Falle uiuens, sed non te.

Vetus erat, χάρος βιώσας. Putant fuisse dictum Epi-
curi, de quo Plutarchus, et Horatius: Nec uixit malè,
qui natus moriensq; se felliit. addendū tamen, ne quis
seipsum in uita ignoret, & si ab alijs ignoretur.

Non refert, quā, sed quò.

Nihil refert quā transeras in hac peregrinatione ui-
tæ, sed quò peruenias. in omni loco, in omni fortuna
licet rectè agere, & illò peruenire quò intendimus.

Scopulus in undis.

Vt sit in animo tanta firmitas, quā undæ omnes,
& fluctus humanorum casuū concutere non ualeant,
semper immobilis, & altior fortuna.

Miseri-

177 Miserrimum pendere.

Inter spem & metū suspensum esse, miserrimum.

178 Ne bis puer.

Antiquum proverbiū, Bis puerisenes. de senibus deliris & dementibus, admonet, ne in grandiore aetate uiuamus, aut sapiamus pueriliter.

179 Ne laborem citra præmium. Et,
Ne laborem laboris præmium.

Laboris in res mundanas uel præmium est nullū, aut certe uanitas, uel alter labor honestior quidem, sed molestior, ut qui dignitates dignitatibus mutant, sic clamat Hercules ille in tragœdia: Finis unius mali, gradus est sequentis. Interim præmium horum laborum est sempiternus cruciatus. sicut Paulus inquit: Stipendia peccati, mors.

180 Pertuso dolio nihil infunde.

Allusio ad dolium Danaidum apud inferos, ubi bent fabulæ. Ad multa tendit, ne quid des prodigo & profuso: ne rimosæ auri, & loquaci arcanum credas, ne cupiditatibus inscruias, ne uoluptatibus obsequaris, ne insatiabilibus largiri assuecas.

181 Turpe gigantem in nano.

In tam pusillo corpore, quantum natura dedit hominibus, tam fragili & infirmo, turpisimum est esse
tam ferum

tam ferum & superbum animum, qui stultitia & superbia cœlos etiam contingat.

Difficilis gloriæ custodia. 182

Quām multa preferenda sunt studioſo gloriæ,
ut paretur, ut parta conseruetur: maior perpetienda
est feritus, quām emptis de lapide: quum gloria nisi
fundamentis uirtutis innitatur, fugaciſſima fit.

Malus potentiaſe custos metus. 183

Fragiles opes, quas multi metuunt, ac proinde
oderunt. Sententia est omnium ferè ſapientum, quā
tratrat in Officijs Cicero.

Nescis quid uesper ferus uehat. 184

Futura incertiſſimā, ne quis nimium uel confidat,
uel desperet. dictum eſt Varronis, qui ſic Satyras aliquot ſuas inscripsit. Eodē refertur, Inter os et offam.
Faciem ne aperias.

Tecta eſt facies humana iuerecundia, quod ſolū uel
lamentū reliquit ei natura. nō eſt exuēndat tam honeſto tegumento, nihil enim inuerecundia detestabilius.

Manum per frontem ne ducito. 186

Allusi ad illud, Perfricare frontē, ſiue faciem, ſiue
os. de ijs dictum, qui pudorem excutiunt.

Splendor ſummus non intuendus. 187

Solem ſi ſereno cœlo intuearis, nocet oculis, inter-
dum exæcat: ſic ſi diuinitatis fulgorem tentes con-
k templariæ

teplari, oculos metis amittes. Qui scrutatur maiestatem, inquit Sapiens, opprimetur a gloria: non capiunt angustiae mentis humanae rem tam sublimem atque amplam, non uidebit me homo, et uiuet, ait Deus: adoranda sunt haec, non scrutanda.

188 Linguas ne præscinde, sed caue.

Non est libertas hominibus tollenda. nam siue Augustus dixit: Decet in liberis civitatibus liberas esse linguas. sed sic uiuendum, ne sit cur homines suum in te libertatem uelint exercere.

189 Ora uirtute obtura, non metu.

Eodē spectat: Non claudenda sunt ora metu. operculo fragili et inuálido, bene agendo efficies, ne quis male de te sentiat, ac proinde nec loquatur.

190 Cogitatus liber.

Nemo prohibere potest quenquam cogitare.

191 Cogitatus quis coget: uis ueritatis.

Hæc enim suspiciones omnes tollit: et tanta est, ut ultro in metes hominū se insinuet, efficiatque, ut nemini aliter libeat cogitare, saepe nec liceat, ideo recte agendum est. non aliter assequemur, ut omnes de nobis recte sentiantur.

192 Homo homini par.

Ne quis supra hominem se efficerat, ne contemnat, ne despiciat, ne se præferat alteri, quum simus omnes a Deo parente omnium a quo iure conditi, et in hanc vitam

uitam missi. Potest etiam ex Seneca sic dici: Deo imperium, homini consortium.

Suauissimus post laborem fructus. 193

Sic demū frui iuuat, quum res labore quæstas sit, ut molestia præterita usu præsenti leuetur. Vulgarē est, Parta labore iuuant.

Animo corpus fulciendum. 194

Non succumbendum operibus honestis, & deficienibus corporis uiribus, animi conatus tantus sit, ut labens ac decidens corpus sustentet. ex Seneca lib. de Vita beata.

Nocens se iudice nunquā absoluitur. 195

Semper enim accusatur et cōdemnatur à conscientia iumentis suæ. Iuuenal. Exemplo quodcūq; malo cōmittitur, ipsi Displacet auctori: prima hæc est ultio, quod se iudice nemo nocēs absoluitur. De hac re Cice. in Pisonem, & pro Roscio Amerino, & Seneca multis in locis. Apud Quintil. est illud prouerbij loco; Conscientia mille testes.

Ebrietas nec madida, nec siccata. 196

Ebrietas madida est, quæ fit ex uino aut ceruisia: siccata uero, quæ affectu aliquo immodico, cum is uim omnē mentis & iudicij consopiuat, ut ira, lætitia, metus, insolētia ex immodicis fortunæ successibus: arrogantia, uoluptates, & omne delectamentorum genus,

k z quam

quam ebrietatem Græci uocant *ανηπ*, quasi inuina,
utraq; cauenda, utraque hominem extrase pellit, ex
impotem suum reddit.

197 Potentiores in te ne admittito.

Consuetudo uitiorum, et qui à philosophis habi-
tus dicitur, à Græcis *τεμένος*, violentissimus est tyranus,
quum animum occupauit. ideo magnopere laboran-
dū est, ne quis talis in nobis inualefacat. non erimus no-
strī iuris, illo admissi. Idem dicendum de multis per-
turbationibus, ut ira, ut auaritia, sed potissimum ludi
cupiditate, amore, et uoluptate.

198 Precibus emptum charum.

Vulgare dictum. Cicero: Emere malo, quam roga-
re. Idem Apuleius in Florid. Magnum precium sunt
preces, quippe illis additur uerecundia. Sic igitur
compara, ut paucis egeas, quo paucaroges: et roga-
tus magnum te credito accepisse precium eius, quod
rogaris, ne sis exoratu difficilis.

199 Quiesce nihil acturus.

Dictum Attilij, quod citat Plinius Nouocomensis:
Satius est ociosum esse, quam nihil agere. Nihil ager,
est rem inutilem, aut non successuram tractare. con-
sultius est quiescere, quam id agere.

200 Ingenium inexercitatum, torpidum.

Cato ingenium hominis dicebat ferro esse simile,
quod

quod ex usu splendescit: at in ocio, rubigine obducitur
et exeditur. Exercendum semper ingenium: ocia
enim feraciss. uitiorū seminarī, sed honesto aliquo et
pulchro opere, uelut eruditione et uirtute: nam rebus
flagitiosis aut turpibus exercere, hoc uero nō exerce-
re est, sed corrumpere, de quo est sequens symbolum.

Ingenium situ pereat, non sentibus. 201

*Præstat ociosum degere, quam malis exercita-
mentis occupari.*

Nullus sine linea dies. 202

Ex ueteri dicto, et more Apellis Coi pictoris, qui tam
ta fuit in arte sua diligentia, ut nullus præteriret dies
tam alijs rebus occupatus, in quo nō ipse saltem lineam
aliquam penicillo duxisset. Et erat olim maxima pars
artis in linceis tenuissimè ducendis sita. Admonet, non
debere diē ullum abire, in quo non aliquid dignū ho-
mīne egerimus: opus uidelicet ingenij, uel ad eruditio-
nem, uel ad prudentiam, uel ad probitatem et pietate-
m spectans. quē dicunt suisse Censorij Catonis mo-
rem. Iis uero qui alijs artibus uitam querunt, aliquid
esse in sua cuique arte quotidie exercendum.

Calumniæ morsui remediū nullum. 203

Nullum ferè est tantum malum, cui natura reme-
diū non pararit, saltem fuga, at qui calumnia et clam
mordet, et antè occidit, quam sentiatur.

k ; Bene-

204 Beneuoli multi, consiliarij pauci.

Ex Solomone: *Multis bene et uelis, et facias. arca tua ne cuius committas, nec quemlibet consule. Delige, quo possis in hanc rem tuto et cum fructuuti.*

205 Iustitia gratuita.

Ex Cicerone, primo de Legibus: *Nihile est iniustius, quam iustitiae premium querere. et qui mercede est uir bonus, mercede etiam erit malus.*

206 Misericordia uenalis, crudelis.

Crudele est, eum qui sic affectus est, ut misericordia indigeat, cogere aliquid pendere, quo subleuetur. est enim acerbus et immritis animus, quem non fletit hominis calamitas, sed suum commodum.

207 Bonorum rector, malorum uictor.

Ex Seneca, epist. 85. In secundis rebus regendis est, in aduersis pugnandi fortuna prospera gubernanda arte, consilio, prudentia, ingenio: irata retudenda magno labore, et invicto animo superanda et calcanda.

208 Quod inuenisse plegeat, ne quæras.

Satius est id ignorari, ut probrum domesticum, stem sortem à diuinaculo: que si prædicatur, nihil aliud quam angit assiduo cor.

209 Tantum scis, quantum operaris.

Ferunt uerbū hoc fuisse frequens Diuo Francisco. Ita est: Verius scit uir bonus et rudis, quid sit uirtus quam malus et doctus: et in rebus sacris CHRISTI

spiritus copiosissimè præbet se pijs. Quid prodest malo scientia? nec uerè scit, tametsi argutè disserat: nā in peccato semper inest cæcitas. An non melius nouit quid sit pingere, qui imperitè de pictura disputans, peritè pingit: quam qui doctissimè disputans, indoctissimè & lineas dicit, & colores inducit?

Persona publica priuatam depone. 210

Cui magistratus, aut imperiū, aut principatus mandatur, is sciāt iā nō sibi suas utilitates qrendas, sed populi, cui præest. sic optimè publicū officiū administrabit. alioqui fiet tyrānus. Deberet pro curiarū foribus dictū aliquod in hāc sententiā inscribi, quo admonerētur magistratus, et corū consultores. Huc ingrediens, personā priuatam relinque in limine, publicā sume.

Paruo fames constat magno fastidiū. 211

Naturæ paucis rebus satisfit, fames exiguo cibo riacatur & tollitur: ingentes mensæ fastidium adferunt & morbos.

Vnum est necessarium. 212

Verbū Domini & Seruatoris nostri CHRISTI, ad augendam curam pietatis, & minuendam sollicitudinem rerum periturarū. procuratio & cibi, et potus, et rei familiaris, in qua Martha uersabatur, utilis quidem homini ad tempus. at sedere ad pedes Domini, & uerbum illius puris animis haurire, quod erat

Magdalena munus, id demum necessarium, & quod nunquam aufertur. Cū omnia siue ingenij decora atque ornamenta, siue corporis atq; externa commoda expenderis, intellige sunū esse homini necessarium.

213 Mente Deo defixus.

Hoc symbolum tam fausto omine ponetur ultimi, quam illud primum, Scopus uitæ, CHRISTVS. ipse est initium, ipse finis, ab ipso proficiuntur omnia, in ipsum tendunt. Huic oportet nos affigamus. si volunt beati esse, non alio clavo, quam mente ipsa. Posunt alia permulta Symbola deduci ex Platone, Cicerone, Seneca, Horatio: sed præcipue sacris literis, fonte ut copiosissimo, ita liquidissimo ac purissimo, et scriptoribus nostræ religionis. Ad sunt proverbia tot, & metaphoræ, & allegoriæ, fabulæ quoq; & historia, quæ suppeditare magnum numerum possunt: & nostra hæc mutari, atq; in alias uerti formulas licebit, & ex scholiolis alia de sumi. quocirca nec illa attigi, quæ sunt omnibus in ore, Nosce te ipsum, Ne quid nimis: Spode, iactura presto est, quæ dicuntur tria Apollinis oracula: et, Dimidiū plus toto, quod Hesiodi: tibi sustine et abstine, quod Epicteti. Hee quæ posui, sufficient siue ad sententiarum copiam, quæ omnes penitus sunt cœclusæ, siue ad rationem ostendendam, quemadmodum alia possint innumera excogitari.

F I N I S.

DE

DEFORMANDO
STUDIO, RODOLPHI
AGRICOLAE, ERASMI ROTERO-
DAMI, & PHILIPPI MELAN-
CHTHONIS RATIONES,
cum locorum quorum
dam indice.

A D L I B E L L V M.

Nominibus multis, nec arborum neq; libelle es,
Inde suum tacuit qui dedit illa tibi.
Agricolam magnum primo nam limine cernis,
Postq; suam classem clarus ERASMVS habet.
Doctus atide Philippus habet, postrema Melachtho.
I, nunc Fladrinus uult quoq; adesse comes.

P H I L I P P V S M E L A N- C H T H O N.

Ad formanda studia, corrigendaq;
iudicia, uix aliuud haec epistola leges ac
commodatius. Proinde iuuenis, o-
peram dabis, ut quamfamilia
rissima tibi fiat.

R O D O L P H V S 155
A G R I C O L A I A C O B O
B A R B I R I A N O S.



CRIBIS suauissimē IACO
BE atq; optas, dari tibi fa-
cilitatē degendae mecū ui-
tae, quō posses id, quod ma-
xime cupis, uelut ductu
auspicijsq; meis, studia
tua instituere atq; forma
re. Vellem equidē tantæ

mīhi eruditionis, tā magni in literis doctrinisq; usus
conscius eſſē, ut iſtud tā iure meritoq; deberes cupere,
quām te ſcio uere id atq; ex animo optare. Hortarer
te, ut rebus omnibus relictis, quæcūq; uel utilitatis ſpe
cie te deuinciūt, uel uoluptati illecebris blandiuntur,
eruditionē ſtudiaq; me duce ſequerere: et inciſis omni
bus, uel abruptis etiā uinculis, quibus alligatus teneris
prona præcipitiq; ad optimā tēderes uia. facerē id nō
modō tua cauſa, cuius maxime & deberē, et uelle, ſed
et mea quoq; quū ſperarē tantū nominis opinionisq;
apud multos conſequi poſſe, tantūq; fuſſe me plerisq;
persuafum iri, quantum te monitis, præceptioneq; mea
factū uiderēt, quantumq; fieri te poſſe exploratū ha-
beo, et de te ingenij uis, amor ſtudiorū, naturæq; tuae
felicitas, mīhi promittūt. Nunç cum ad nullam tantā

ſpem

spem mei uocare te possum, quæ ullo incōmodo renū
tuarum tibi sit redimenda: rebus ipsis pareamus opor-
tet: Vtiq; optabile nobis esset, si unum aliquem in lo-
cum nos felicior casus contulisset: sic hoc desiderium
nostrum est hac commoda rerum tuarum conditione
leniendum, & iucundissima putanda, quæ optima
sunt. Ut tamen interea præceptoris apud te munere
fungar, & per literas (qua datur) ostendam, qua-
tione tibi putem studia tractanda, paucis, & quamvis
epistolæ capit angustia, quod optimum censco, expli-
cabo. In studijs formandis duo præcipue spectanda
crediderim. Prius, quod studiorū maxime genus cui
lectandum sit. Deinde, qua ratione quis in eo, quod
elegerit plurimum efficiat, de utroque ordine dicam.

Duo in studē-
do præcipuz.

Primum. Studiorum genus, alteri necessitas uel rcrum, uel nau-
ræ suæ assignat. Alter uoluntate sua ad id, quod optimū censet, sese adiungit. Ut enim cui angustior res
familiaris contingit, cas ferè sequitur arteis, unde
promptissimum putat posse necessitatibus suis præ-
sidium parare. Ut etiam cui segnior natura obtusior
mentis acies est, si modò perdere nolit operam, ea se-
qui debet: non quæ maxime cupit, sed quæ rectissime
potest. Sic is, cui facultatum uberior copia, & felicior
ingenij uis tributa est, nimirum errabit, si non totis ui-
ribus ad optima feretur, quandoq; ad summa pertin-
gere posset, malit inter secunda potius tertiaue subsi-
stere.

stere. Ergo ciuile ius alius, alias Pontificum sanctio-
 nes, alias Medicinae artem descendam sumit: plerique
 etiam loquaces has, & in anistrepitu crepitantes, quas
 uulgo artes iam uocamus, sibi uindicat, & perplexis
 disputationum ambagibus, uel etiam (ut uerius di-
 cam) ænigmatibus diem terunt. Quæ tot iam seculis
 nullum inuenierunt Oedipodem, qui ea solueret, nec
 inuentura sunt unquam. His miseras adolescentium
 onerant aures, hæc subinde ingerunt inculcantq;, &
 in plerisq; meliorem ingenij spem atq; frugem, in te-
 neribus adhuc annis, uelut in herba enecant. Laudo
 eas omnes tamen, plus certè laudaturus, si rectè ordi-
 neq; tractarentur: nec enim tantum desipio, ut solus
 damnem quas tam multi laudant. Quid nil laudem ue-
 ro? quibus uideam multos summas opes, amplissimos
 honores, autoritatem, famam, dignitatem consecutos.
 Et quas certe uendibiliores (ut Ciceronis uerbo utar)
 sciam & plane fatear, alijs nonnullis, quas steriles &
 ieunias uocant, ut quæ magis animum explere quam
 arcum. Si lucri ratione itaq; ducis, habes ex illustrio-
 ribus illis aliquam, quam sequaris, ut diues fias: dum
 tamen scias hanc laudem ut contingat, tibi cum scene-
 ratore fore cōmūnem. Sin rectius credis, quæ honestæ
 sunt, propter se expetere, & quas habes facultates,
 suffecturas putas modestiæ tuae. Quandoquidem im-
 modestiæ, & quantiūvis paruae, nimiae sunt, et quan-
 tumuis

Philosophie
studendian.

tumuis magnæ, non sufficiunt, censco, ut ad Philoſophiam te conferas, hoc eſt, enitaris, ut recte de rebus
Recte ſentire ſentias: et quæ ſentis, cōmodè ut poſſis cloqui. Senti-
eſt duplex.

re autem duplex eſt, proinde et duplex cōditiōrū
quas inquirimus. Aliæ nāq; res ad actiones, moresq;
noſtros pertinēt, quibus omnis ratio uitæ, recte rite
que degēdæ cōtinetur, quā Philoſophiæ par ſea, que

E Morale. moralis uocatur, tradit. Huius prima nobis, et preci-
puahabēda eſt ratio. Hæc autē eſt petenda tibi nō mo-
dō à philoſophis, qui literis eam tradiſere, ut ſunt
Aristoteles, Cicero, Seneca, et ſi qui ſunt alij, uel La-
tini, uel ita Latine redditi, ut digniſint qui legantur,
ſed ab historicis etiā, et poētis, et oratoribus. Quo-
niā iij, et beneficia laudando, et quæ cōtrā facta ſunt,
uituperādo, nō docent quidem, ſed (quod efficaciſi-
mū eſt) exemplis propositis, quæ recte ſecūs uerū fuit,
oſtendunt. Per hæc gradus ad ſacras literas facien-
dus eſt, et ad illarum præscriptū dirigendus uitæ no-
bis ordo, ſaluberrimisq; illis ducibus, de noſtra ſalute
credendum. Reliqua omnia aliorum tradita, plus mi-
nuſ uerū erroris, tamen habent admixtum aliiquid. Neq;
enim contingere potuit eis, ut rectum, et nulla aber-
rantem parte curſum uitæ instituerent, quisquis if-
ſet uitæ propositus finis, aut neſcirent, aut ueluti per
nubem ſpectantes ſuſpicarentur, dicerentq; con-
ſtantius quam credcent. At ſacræ literæ, tam longe
ab omnī

ab omni errore remotæ sunt, quām qui eas tradidit,
 Deus. Hæ sunt, quæ solæ nos certa, solida, rectaq; du-
 cunt uia, quæq; omni discussa caligine, sequentem se
 non falli, non excidere, non usquam aberrare patian-
 tur. Sunt & aliæ res, quarum cognitio magis ad or-
 namentum animi nostri, honestamq; uoluptatem,
 quām ad necessarium utiq; usum pertineat. Cuiusmo-
 di est omnis disputatio de natura rerum, multiplex
 certe, uariumq; negotium, & multipliciter quoq; à
 multis summo ingenio uiris tractatum. Quæ ut non
 necessaria sit ad boni uiri mentem formandam effin-
 gendamq; non parum tamen contulerit, uel eo, quod
 ubi hæc cura perquisitioq; rerum bona fide sibi cuius
 quam uindicauerit animum, nullum sordibus uilibus
 que curis locum relinquit, deinde quòd docet conte-
 mnicre atq; pro nihilo putare ea, ad quorum conspe-
 ctum uulgus stupet: per quorum possessionem etiam
 eis, qui felices putantur, misereatur, quād ostendat,
 quām uanis omnia futilibusq; constent causis, dicatq;
 nullam rerum naturæ posse pernitiem contingere
 maiorem, quām si omnes eius uel sordidissimæ par-
 tes tales fiant, quales nunc sunt aurum, gemmaq;,
 quibus publica humani generis insanìa summum esse
 pretium uoluit. Postremo, quia quando intelligimus
 hac monstrante, fragilis huius caduciq; corporis no-
 stri habitum, omnibus casibus obnoxium, discimus,

Cognitio rerū
naturalium.

Anima
lenda.
omnem

omnem curam nobis ad animam esse transferendam, hancq; excolendam, in qua nulla nobis opera frustra, aut peritura locatur: quippe in quam quicquid collatum sit, immortale (sicut ipsa est) eternumq; sit manusurum. Transco multa, neq; enim epistola esset, sed uoluminis opus, omnia cōplecti, quae in hanc possent sententiam dici. Hoc satis est ostendisse, quod tute minime ignoras, dignam hanc esse studiorum, in qua un-

Res ipsæ ten-
tandæ.

riboni mens elaboret. Nec ego aditum tantū primaq; initia harum artium percipere te uelim, quod nunc uulgò in scholis fieri uideremus, quodq; tu pridem cum magna laude pulchre, prolixeq; præstitisti, sed res ipsas attingendas censuerim, tum terrarum, marium, montium, fluuiorum situs, naturas, gentiumq; in his mores, terminos, conditionem, imperia uel accepta, uel prolata: tum arborum, herbarumq; uires, quas Theophrastus iam animantū historiam, generacionem, partes, quas Aristoteles literis mandauit, perquirendum. Quid dicam, quae de re rustica tractatasunt, quidq; de Medicina: aliud rem militare, aliud architecturam, aliud pingendi, fingendiq; rationem conscripsit, quas artes, tametsi non sum nescius, non intra partem eam disciplinarum claudi, quae rerum naturam scrutatur: tamen quia cognitæ sunt illi, ab eisdem ferè prodeunt fontibus, non est quod nunc in eo magnopere sim solitus, quando ad eundem ordinem

ordinem redigendas putem. Hæc ergo omnia, quæ dixi, et ad mores rostros, et ad rerum naturam pertinere, ex eis discenda tibi sunt autoribus, qui rebus cognitu dignis clarissimum eloquentiae lumen addiderunt, ut una opera, et rerum notitia tibi, et quod post eam proximum feci, cōmode eloquendi ratio contingat. Quia quidem de re scis multa à summis uiris tradita esse præcepta. Quod tamen ad corruptam institutionem loquendi emendandā pertinet, quam pueri in scholis accipimus, huius mihi admonēdus uideris. Fac suspectum tibi sit, quicquid hactenus didicisti, dannes omnia, atq; ab ieienda putas, nisi meliorū autorum testimonio, et uelut decreto, rursus in corū mittaris possessionē. Præterea quicquid apud emendatos autores leges, utilissimū fuerit, id ipsum quam maximè proprijs et idem significantibus uerbis reddere uernaculo sermone. Hac enim exercitatione affequeris, ut quoties dicendū tibi aliquid scribendum ue fuerit, quando cōcipiendis uerbis apud animum tuū seſe, quo natura fert, uernaculus sermo protulerit, statim quoq; Latina uerba iam pridem illic hoc usu accōmodata sequantur. Ad hæc quoq; siquid scribere uoles, optimum erit id ipsum quam plenissimè rectissimeq; patro sermone intra animum tuum formare. Deinde Latinis purè proprieq; id significantibus explicare. Sic fiet, ut omnia apertè et quam maxime plene dicantur.

Vernacul
sermo.

dicantur. Omnes enim, si quid in dicendo est uitij, facillimè in eo perspicimus sermone, ad quem sumus natu: & si quid uel dilucidè parum, uel breuius quam conueniat, uel cōtortè nimium, nec satis cum re proposita cohærens, dictum fuerit, in eo sermone expeditius annotabit quisq; quem notissimum habebit. Postremo ut hunc locum concludam, quicquid eris scripturus, des operam, ut quam purissime id recte tantu, Latineq; inter initia eloquaris. Ornatè dicendi posterior erit cura, quod contingere certè, nisi sana et integra sit oratio, non potest. Euenit enim eloquentia, quod corpori, in quo si non omnia membra sint suo quodq; loco disposita, si sint à recto habitu detorta, si magnitudinis suæ modum egressa, frustrali circundederis ornatum. Pugnabit enim cum ornamentis suis corpus, et illustriorem deformitatem eius, decor externus faciet illi comparatus. Sed de hac parte, quæ tibi studia potissimum sectanda putem, hancen. Reliquum est, ut dicam quo pacto plurimum in studijs fructus consequuturum te credo. Alius aliter fortasse, ego ita sentio. Quisquis in percipiendis doctrinis cupiet dignum aliquem laborum fructum adipisci, illi tria esse præcipuae præstanda, ut planè recteq; percipiat, quod discit: ut fideliter, quod percepit, contineat, ut ex eo aliquid ipse deinde pare, proferreq; ualeat. Primum diligentis lectionis est

opus;

Eloquentia
corpori col-
lata.

Secundū p̄c-
cipuum in stu-
dēdo, triplex
est.

opus: Secundum, fidæ memorie: Tertium, assiduae exercitationis. In lectione id conandum in primis est, ut id quod legimus, quam maximè fieri poterit, intelligamus, et penitus habeamus perspectum: nec rem tantum, que traditur, sed et uerborum in disertis autoribus uim, proprietatem, structuram, ornatumq; perspiciamus: quis decor, quod pondus sententiarum, que uis explicandi, et res proferendi uerbis, et uelut in lucem conspectumq; protrahendi. Nec tamen istud eò pertinet, ut si uel per se obscurior, uel nobis ignotus occurrerit locus, statim resistendum illuc: nec progrediendum ultra putemus, ut (quod nō nulli) statim projiciamus librum, damnemusq; studia, et ingenium nostrum deploremus. Diligentia enim, nō indignatione ad profectum est opus. Transcendum ergo, si quid erit, ubi intellectus non posset erui, et in aliud reseruandum tempus, donec uel homo, uel liber nobis contingat, qui id aperiat, uel alia lectio, quod crebrum est, doceat. Dies enim (quod dicere solco) diem docet. Quod si Quintilianus in uirtutes gramicici numerandū putauit, aliqua nescire, quanto magis nobis, ut non dicā necessariū, saltem cū uenia erit, nonnulla ignorare? Nolim tamen uideri cuiusquam desidiae patrociniū me his cōmemorandis parare. Nam contrà uideor mibi nulla re alia cuiusquam studium posse uchementius accendere, quam

Lectio dicitur
genus

Locus obscuri
rus notandum
est.

Diligentia

Lectio lectio
nem adiuuare

si ostens-

si ostendam ipsam sibi lectionem aperire uiam, & omnem legendi laborem legendo superari. Proximum est, ut memoria firmiter, quod accepit, asseruet. Constat autem memoria in primis natura, ea tamen adiuuatur arte, quam alijs quidem aliter tradidere, sed sic tamen, ut summa rerum eodem ferè redeat. Eam artem duobus maximè usibus accommodam arbitror. Aut enim subito dicendum est, et maior aliquis rem numerus commemorandus, in quo periculum adendum est, ne ut ordine, uel numero destituamus, ut quum legati apud Principem, aut Senatum aliquem uel proponimus petita nostra, uel partis aduersæ cogimur respondere postulatis, tunc certè ab hac arte commodissime præsidium petetur. Aut quando exercere memoriam uolumus, id hac via facile et quam minima molestia facere licebit, quod sanè ad memoriam firmandam utilissimum esse. Et Quintilianus auctor est, et rei uetus, si quis experiri uoleat, expedite docebit, si quod aliud enim, memoria uel maxima est, qui creber uetus auget, quamq; incuria negligentiaq; desfuit. In ijs uero, quæ perpetuo animo nostro cupimus hærere, optimum contendrim esse, quam intentissima cura primum complecti ea: deinde, quam creberimè ab animo nostro reposcere, et subinde admonendo eum ad fidem præstandam cogere: postremo, ut animo vacuo, et quantū datur ab aliarum curarum turbis

turba ocioso, id agamus, quod quidem in actionibus omnibus & negotijs, quicquid id est, quod ulla parte nostri fieri debet, exploratum est, ut nemo pluribus & que sufficere possit. Ingenium certe id est, quod Ingenium.
 ubi intenderis (ut inquit Sallustius) ualeat, quod ei in multas diducto curas contingere minime potest. Ter tium est, & quod proposueram postremum, quo pa-
 cto ex ijs, quæ discendo perceperimus, ipsi excudere aliquid, proferreque; ualeamus: ne ue studia nostra apud animū segnia, & (ut ita dicam) sterilia reponan-
 tur: sed quod semina solent in terra condita, fructū ali-
 quem ubiorem cum fœnore profundant. Amplius copiosusq; est hic locus, & diguis, qui pluribus dice-
 retur, quemq; ego aliquando exactiori cura mihi pu-
 to dicendum, quando hic præcipuus esse uidetur lon-
 gi laboris, sollicitudinisq; in studia collatæ, fructus.
 Quod si nihil ipsi ad posteros mandare poterimus,
 nihil extra ea, quæ didicimus, ad præsentes pro-
 ferre, quid tandem inter librum & nos intererit? nisi
 qualiter quidem ea, quæ semel in illum congesta sunt,
 bona fide semper seruat: redditq; nobis, ut quæ acce-
 pimus, continere possimus, iteranda sunt toties, &
 subinde in animum inculcanda. Complectitur sanè Exercitatio
 locus hic duo, quorum utruncq; per se quando sit ma- d. 10 comple
 gnum, coniuncta certè plurimum in studijs laudis
 merentur. Horum alterum est, ut quæ didicimus, in

Primit in pr
pri habenda
quæ didici
mus.

usum prompta habeamus: Et ubi cunq; res postulat; parata. Plerosq; enim uideas, qui quando multa didicerint, multorum habeant memoriam: ubi proferendum tamen sit aliquid eorum, nihil succurrat eis, nihil queant meminisse: at sciunt quidem, sed id ipsum

Secundum est
inuentio no
uorum, quæ
duobus con
stat.

scire se nesciūt. Alterum est, ut ex eis, quæ accepimus, ipsi præter hæc inuenire aliqua possimus, et conficeret, quæ nobis asseramus, nostraq; esse queamus affirmare. Duo sunt autem, quæ præcipue huic parti profutura crediderim. Horum unum est, ut certa quedam

Primo locis
commissis

rerum capita habeamus, cuiusmodi sunt, uirtus, uitium, uita, mors, doctrina, incruditio, benevolentia, odium, et reliqua id genus, quorum usus ferè communis ad omnia, et tanquam publicus fit. Hæc crebro iudicemus, et omnia, quæ didicimus, quantum fieri potest. Certe quæcunq; discimus, ad ea redigamus, ut repetendis capitibus illis, ea quoq; quæ ad eare degimus, repetantur. Sic fiet tandem, ut omnia quæ discimus, certa nobis, præsentiaq; et propè sub confessu maneat. Poterit autem persæpe uel exemplum unū, uel una sententia, in multa capita cōferrri, ut quod de uillata Lucretiæ, apud Liuum est: primū de pudicitia, quanti scilicet ea facienda sit, cuius damnum Lucretia morte putauit pensandum. Post de pulchritudine quantorum malorum ea sepe fit causa, quantum etiam pudicitiae ab ea periculis sit. Iam de morte,

Lucretiæ
exemplū.

camada

ea mala non sit habenda, quam Lucretia impudicæ uitæ prætulerit. Hinc de libidine, quas clades, quæ bella ea mouerit, utq; etiam ingentia mala magnorum sœpe bonorum præbeant causam, quando ex eo scelere populo Romano sit libertas quæsita. Sententia itidem diuidetur, ut, *Est uirtus, placitis abstinuisse bonis.* Ad uirtutis caput ducetur, dicit enim: *Virtus est, placitis bonis abstinuisse.* Duceatur ad caput bonorum, non omnia bona expetenda esse: quoniam placitis bonis abstinuisse, est uirtus. Duceatur ad caput abstinentiæ, quia abstinuisse placitis bonis, est uirtus. Secundum, quod huic parti adiumento erit, id est, ut in ijs, quæ discimus, diligenter pensimq; conferamus uerba inter se, & latiori quodam tractu explicemus. Sumanus, exempli gratia, quod apud Vergiliū est: *Optima quæque dies miseris mortibus æui, Prima fugit.* Primum, optima inquit, qualia sunt putanda bona humana, quando optima sint: eaque nedium abeant, sed fugiant, & semper peiorum expectatione torqueant, quæ etiam duriora uideantur neesse est, ex meliorum, quæ præcesserunt, comparatione. Sequitur dies æui, id est, uita nostra, ea quæ parui est facienda, si fugax est, & optima protinus initio, uelut in flore consumitur. Quæ potest autem esse felicitas in uita, quando qui fruuntur ea, mortales nedium, sed & miseris sunt? Hinc iam

Collationes
unius ad al-
terum.

l 4 miseris

miseris mortalibus, quid ni miseri, quorum talia bona sunt, talis est uita, quiq; morti obnoxij sunt? Postremū est, prima fugit. Prima ergo nondum usi cognita, nulla perfunctione possessa, ut semper quæ sequitur, quando uis forte per se bona, tamen melioris collatione dura uideatur. Fugit etiā, nō dimittitur, non abire iubetur. Quām fallax ergo, quām incerta, quām nequaquam nostri iuris aut arbitrij est. Quod si quis latius ista, & per omnes locos dialecticos fuderit, quatenus cuiusq; natura capax eorū est, ingensq; copia, & ad dicendū, et ad inueniendum se præbebit. Quod quomodo faciendum sit, maius est, quām ut epistola id capiat, et copiose est à me ea de re in sex libris eis, quos de inuentione dialecticæ scripsi, disputatum. Quisquis ego prius id rectè, & cū cura tralauerit, præsertim si rationem dialecticæ inuentionis illi adiunxerit, ingens illi, paratiſimaq; de omni ferè proposita re differendi facultas cōtinget, modò carissilla ex parte ad eas pertineat, quas didicit artes. Hocq;

Sophistæ. pacto ueteres illos professores artiū, quos Græcophistas, id est, doctores uocabant, exercuisse deprehendo, quidntū ex Aristotele, et Platone cōjceret licet, atq; ad eam eruditionem, promptitudinemq; dicendi peruererunt, ut de qua re audire quis uellet, proponi iuberent, dicenterentq;, quandiu, quantumq; uidetur de eo, quod esset propositum. Sic Gorgias Leontinus primus

primus tam audacis coepit autor, sic Prodicus Chius,
 sic Protagoras Abderites, atq; Hippius Eleus, & in-
 stituti, & alios docuere. Ad id quod secundum feci
 multum iudicij parabit in ijs, quæ discuntur, & no-
 uas argumentationes, nouasq; sententias, aut ueteres,
 sed quibus noua facies sit, inueniet: estq; eiusmodi, ut
 fistulus ei addatur, statim exercere eloquentiū possit,
 & ad bene dicendum aditum parare. Sed hæc hac-
 nus, ut pro rerum conditione pauca, ut pro modo epi-
 stolæ nimis multa. Vt enim Demetrio Phalerio ui-
 sum est in libro, quem ~~ad ipsi~~ spulchrit, id est, de expli-
 catione scripsit in epistola, quæ grandior facta est, nō
 tam epistola dici debet, quam liber, cuius initio sit sa-
 lus adscripta. Verū id utcunq; aestimari poterit, haud
 ponam equidem in magno discrimine, mihi statutum
 est, aliquo modo, quoq; possum, studia tua iuuare.
 Quod ipsum, si non potero ostendere, tamen ut me
 uoluisse intelligas, quod uoluisse, ut in multis, quæ
 effectum exigunt, parum est: ita in amicitia, cui pro
 effectu est animus, tale est, ut nihil plus exigi,
 nihil magis præstari possit. Vale Hey-
 delbergæ, Anno. M. CCCC.
 L X X X I I I . septimo
 Idus Iunij.

l s Similia

Similia his lector studiose, apud eundē Ro-
dolphum uideto, de iuentione dialectica, libri
tertiij, capite ultimo, ubi dicit: Hæc ipsa qualia-
cunque, &c.

DRE RASMI ROTE RODAMI RATIO COL LIGENDI EXEMPLA.



vi destinavit per omne genus auto-
rum lectione grassari (nam id omni-
no semel in uita faciendum ei, qui uen-
it inter eruditos haberet) prius sibi
quam plurimos parabit locos. Eos
sumet partim à generibus causarū, ac partibus uitio-
rū uirtutumq; partim ab ijs quæ sunt in rebus mor-
talium præcipua, quæq; frequentissimè solent in sua-
dendo incidere. Eaq; conueniet iuxta rationem affini-
tatis & pugnantiæ digerere. Nam & quæ inter se co-
gnata sunt, ultrò admonent, quid consequatur. Etiam
contrario rū eadē est memoria, puta, sit exempli cau-
sa, primus locus, Pietas & impietas. Huic subiectū
Pietas. species inter se cognatæ. Prima est, pietas in Deū. Se-
cunda, in patriā. Tertia, in parentes, aut liberos, aut
etiam in eos, quos oportet parentum loco colere: ueluti
præceptores, & quorū beneficio seruatissimus. Iam
hīs co-

bis cognata est superstitione, ad iudicanda igitur. Atque hic
aperit se se campus latissimus de prodigiosis decorumcul
tibus, et varijs diuersarum gentium ceremonijs. Sit pro-
ximus, si uidetur titulus, *Fides*. Hanc in species feces *Fides*
licebit, de fide in amicos, de fide scrutorum in dominos,
de fide in hostes, totidemque de perfidia. Item, si titulus
Beneficentia. Huic cum suas species sibi bieceris, restat *Beneficentia*,
gratitudo. Non illa quidem huic subiecta, necque rursum
contraria, sed adhaerens, deinceps ea ueluti consequens.
Sed uirtutum ac uitiorum ordinem sibi quisque suo fin-
gat arbitrio, aut e Cicerone, seu Valerio Maximo, aut
ex Aristotele, aut ex diuo Thoma, petat. Denique, si ma-
lit, elementorum ordinem sequatur. Necque enim id ma-
gni refert. Quanquam nolim illum omnes huius generis
particulas tam minutim cōcidas, in ordines referre, ue-
rū eas duntaxat, quae uidcantur frequenter in dicen-
do usu uenire. Id autem uel ex locis causarum licebit co-
gnoscere, nempe demonstratorijs, suasorijs, et iudi-
cialibus. Quod genus fermè sunt tituli apud Valerium
Maximum, et nonnulli apud Plinium. Ceterum quae
extra uitiorum ac uirtutum genera sumuntur, partim
pertinent ad exempla, partim ad locos communes.
Priores generis fermè sunt huiusmodi: *Insignis lon-
gæuitas, uiuida senectus, senilis uiuenta, insignis felici-
tas, insignis memoria, subita rerum cōmutatio, su-
bita mors, mors spontanea, mors prodigiosa, partus
prodigiosi*.

prodigiost, insignis eloquentia, insignis opulentia.
 Ex humili genere clari, uaficies ingenij, insignij,
 corporis robur, insignis forma, egregiū ingenium in
 deformi corpore, atq; id genus innumera alia, quoru
 singulis oportebit subiucere, quæ cum his pugnant,
 quæq; cum his habent affinitatem, ut insigui eloquen
 tiæ opponitur, insignis infantia: finitima sunt vocali
 tas, felicitas in gesticulando, histrionica, et si quas sunt
 huiusmodi. Posterioris autē generis sunt istiusmodi.
 Plurimum interest, quibus studijs puer assuecas. Ma
 gni refert, quibus cum uiuas. Suum cuiq; pulchrum.
 Facilis offensa, reconciliatio difficilis. Tutiſimum
 nulli credere. Ama tanquam ofurus, oderis tanquam
 amaturus. Bis dat, qui cito dat. Fortunā sui cuiq; mo
 res parant. Et, Lenta regum iræ. Et, Periculosa prin
 cipū amicitia. Et, Dulce inexpertis bellum. Et, Infida
 societas regni. Et, Optimū sc̄nectae uiaticū, eruditio.
 Sed quid ego hæc recensere pergo, cū sint secenta mi
 lia? Ergo ex his ea sunt diligenda, quæ uidebūtur ad
 dicendum maxime cōmoda. Ad hunc gregem perti
 nent et illa comparatiua. Cœlibatus ne felicior, an
 coniugium? uita priuata, an secus? Potior monarchia,
 an, democratia? uita studiosorum, an, idiotarū? Tum
 autem ex superioribus, si qua sunt, quæ uirtuti, aut
 uitio uidebuntur esse confinia, ea licebit suo titulo
 subiucere, ut illa: Bis dat, qui cito dat. Et, Nihil carius
 constat;

constat, quād quod precibus emitur. Et, Beneficium dando accepit, qui digno dedit. Et, Nihil perit, quād quod confertur in ingratum. Et, Beneficij gratiam perdidit quisquis exprobrauit. Hæc atq; huiusmodi ad liberalitatis titulū referri possunt. Verūm ne indigesta rerum turba pariat confusionem, profuerit titulos qui latius patent, in aliquas secare parteis. Liberalitatis titulum, ut exempli causa loquamur, ita licet partiri, si subieceris: Beneficium promptè citoq; datum: Beneficium aptum, beneficium digno, aut indigno collocatum: Beneficium exprobratum: Beneficium mutuum. Et si qua iudicabuntur magis idonea: nā nos indicandi gratia duntaxat hæc ponimus. Ergo posteaquā tibi locos cōpararis, quot erūt satis, eosq; in ordinē quem uoles digeſſeris, deinde singulis suas partes subieceris, rursum partibus addideris locos cōmunes, siue ſententias: iam quicquid usquā obuiū erit, in ullis autoribus; præcipue ſi ſit inſignius, mox ſuo loco annotabis, ſiue erit fabula, ſiue apoloſus, ſiue exemplum, ſiue caſus nouus, ſiue ſententia, ſiue lepi- dè, aut alioqui mire dictum, ſiue metaphorā, aut para- bola. Atq; ad eum modum pariter fiet, ut et altius inſideant animo quæ legeris, et aſuſcas uti lectionis opibus. Sunt enim, qui plurima teneāt, uelut in mun- do reposita, cū in dicēdo, ſcribēdoq; mire ſint inopes ac nudi. Postremo, utcunq; poſtulat occaſio, ad ma-

num

numérerit dicendi supplex; certis ueluti nidis constitutis: unde quæ uoles, petas. Porrò nulla disciplinatam semota est à Rhetorica, unde nō facias locos tuos loquuntiores. Nam à Mathematicis, quæ remotissime uidentur, sumuntur similitudines. Quandoquidē cum sphæra undiq; sui simili, cumq; tetragono, quo cuncti cadat pariter quatuor angulis nixo, cōfertur sapiens suis opibus felix, nec aliunde pendens: Et quæcunq; inciderit fortunæ procella, sua uirtute firmus et immobilis, ut ne dicam interim, quod Theologi mysteriorum enarrationem frequenter à Mathematicis petunt, propter arcanam quandam rerum ac numerorū analogiam. Nam à Physicis nō solum parabolæ, uerum etiā exempla quædā petuntur. Parabola fuerit, si dicas: Quemadmodū fulmen summos mōtes frequenter ferit, ita summa potestas grauiissimis casibus est obnoxia. Item: Quemadmodū fulmen æs liquefacit intacta cera, ita principū animus in rebelles et obstantes sœuire debet, in cæteros uti clementia. Exempla fuerint elephanti in abdito coēuntes, si quis etiam in coniugatis modestiam, et uoluptatis dissimulatiōnē desideret. Et delphini fœtus adultos diutius comitates, nec sinētes paruulos suos ingredi, nisi grandior aliquis ceu pædagogus adsit, et custos. Si quis admoneat quanta cura seruari atque institui debeat à parentibus, prima illa et lubrica puerorū etas. Itaq; studia

SM

sus ille uelut apicula diligens, per omnes autorū hor-
 tor uolitabit. Flosculis omnibus assaultabit, undique
 succi nonnihil colligens, quod in suum deferat alue-
 rium. Et quoniam tanta est in his rerū fœcunditas,
 ut omnia decerpino possint, certe præcipua deligit, et
 ad operis sui structurā accōmodabit. Sunt autē, quæ
 eadem non solum ad diuersos, uerū ad contrarios
 usus quadrare possint, eoq; diuersis annotanda locis.
 Quod genus, si de insanabili cupiditate hominis au-
 ri agas, rectè accōmodabis Charybdis fabulam. Rur-
 sum, si de inexplicibili uētris ingluwie, aut libidine mu-
 lieris inexhausta, nimirum conueniet eadem. Item,
 apolodus Aesopi de hirco ac uulpe simul in puteum
 descendantibus, quadrabit uel in prospicientiam: qua-
 fit, ut non aggrediare negotiū, nisi prius apud te per-
 penderis, qua ratione queas explicare. Vel infidum
 amicorum genus, qui cum uideantur amici commo-
 dis consulere, maxime tamen agunt suum negotium.
 Præterea ex morte Socratis, non solum ducitur exem-
 plum, mortem non esse formidolosam uiro bono, cum
 ille tam alaci uultu cicutam biberit, uerum etiam uir-
 tutē inuidiæ obnoxia, neq; satis tutā esse in turbam a-
 lorū. Rursum inutile, uel potius perniciosum esse Phi-
 losophiæ studiū, nisi te ad mores cōmunes deflexeris.
 Tamq; hoc ipsum factū trahi potest et in laudē Socra-
 tis, et in uituperiū. Laudādus enim, qui nulla sua cul-
 pa, sed

pa, sed sola iniuria damnatus, tam fortiter morte neglexerit. Vituperandus, qui inutili Philosophie studio, neglectuq; morum communium, amicis acerbissimum luctum. uxori liberisq; calamitatem, sibi exitium conciliarit, cū alij soleant utiles esse patriæ, suis presidio simul & ornamento. Eoq; uerè sapientis esse, relictis aliquando tetricis illis sapientiae decretis, negligi studijs & opinionibus accommodare se, temporisq; (quod aiunt) seruire. Iam si partes exemplificari cum spicias, quod locos licebit elicere? Accusatui per iniuidiam ab Anyto & Melyto, perditiissimis ciubus, locus est: Veritas odii parit. Item alter: Insignis uirtus conciliat iniuidiam. Rursum aliis: Apud iudices plerunq; plus ualeat nobilitatis ratio, quam respectus honesti. Rursum aliis: Nihil imprudentius opulentia, si cum improbis moribus copuletur. Quid enim absurdius, quam omni facinore dedecorosos, Socrati in ius vocare? Rursum aliis locus: Non quidlibet cuius decorum est, eoq; Socrates non abiicit se ad iudicium pedes: neq; enim conueniebat, ut qui per omnem uitam docuerit mortem non esse formidandam, nisi turpis esset, cum nunc ueluti ob mortis metum abiret supplicem esse. Quæ eadem causa commouit, neq; iudicium declinaret, neq; in media causa exilium eligeret: neq; postremo cum liceret, è carcere uellet effugere, ne ipse à seipso dispare uidetur. Atque
hac

hec quidem una pars est. Deinde cum moriturus, tā
ociose, tamq; placide disputat, cum nō alio uultū cīcu
tam bibit, quām quo uinum solet, cum mox emoritu
rus iocatur in Phaedonem, admonens, ut Gallum per
soluat Aesculapio. Locus est: Mortem etiam optabi
lem esse his, qui sibi uitæ integræ actæ conscijs sunt.
Rursum alter locus: Cuiusmodi fuerit hominis uita,
id in morte potissimum apparere. Rursum: Constan
tis, suiq; perpetuo similis exemplū est. Etenim cuius
modi fuerat in omni uita Socratis uultus oratioq;, ta
lis erat etiam morituro. Tertia pars est: Dum in carcē
re agit Socrates, interim nusquam Alcibiades, nusquam
Agathon, nusquam Phædrius, sed Crito, Phaedon, Si
mias. Atq; hic locus est, In periculis demum apparere
qui sint puri amici: nam uulgares illi sibi tuim consue
lunt, quum in officijs communibus adsunt. Quarta
pars est: Dum cū amicis de animæ immortalitatē
multa disputat, uxorem ac liberos cum pauca man
dasset, dimittit. Locus est, Philosophum leuiter tangi
oportere uulgaribus affectibus, id quod mire cōgruit
cum doctrina Christi. Quinta pars est: Statim à mor
te Socratis, uersus est in accusatores populi furor. So
crati desiderato aurea posita statua. Locus erit, uul
gus temere odiſſe & amare. Rursum aliud: Virtutem
presentem odimus: sublatā ex oculis, querimus in
tidi. Rursum aliud: Eucatam gloriam unā cū uita

m̄ perire

perire, uirtutis splendorem à morte maximè clare-
scere. Hinc arbitror liquere, in quo usus idem exem-
Parabola. plum possit accommodari. Similiter & in parabola
fiat, uelut in nauigatione, quo similia duci poterunt.
Ut optimum gubernatorem tempestas, ita optimum
Imperatorem aduersæ res declarant. Item, Ut nemo
clauum committit amicissimo, sed nauigandi peritis-
simo: ita nemo reipub. gubernacula mandabit ei, cibis
studeat maximè, sed quem maxime iudicarit idoneū.
Rursum: Quemadmodum uentis nimium secundis
nautæ uela contrahunt, cum parum prospiri sunt,
tum latius pandunt sinus: ita cum res uehementer
succedunt, tempcrādus est animus, ne insolecat. Con-
trà, cū inimica est fortuna, tū fortitudine ac spe secur-
turæ felicitatis, dilatandus ac fulciendus. Item, quo-
ties rectum cursum per tempestatem tenere non licet,
tum obliquis flexibus eo nihilo secius, quo peruenire
uelimus, contendere oportebit. Item, quoties nauem
uincit tempestatis impotentia, tum ancoram iacuam
nautæ, uelis collectis: ita uesanienti multitudini non
nunquam cedendum est, donec oratione tractabilis
esse incipiat. Item, quemadmodum nauta nō semper
eodem modo tenet uelum, uerū nunc tollit in al-
tum, nunc contrahit, nunc in hoc latus, nunc in illus
transfert, ut cunque uentorum ratio postulat: ita si-
piens non in omni loco, omniq; tempore & negotio
simili

simili uitæ tenore debet uti, sed uultum, orationem, mores, presentibus rebus accommodare. Item, sicut in magis tempestatibus peritissimi nautæ, uel ab imperito nonnumquam admoneri se patiuntur, quod alijs alia soleant in his casibus in mentem uenire: ita bonus rex in magnis reipub. periculis nullius consilium audire grauabitur. Item, ut minimo periculo nauigatur, eo gubernatore, qui maximis sit iactatus periculis: ita tutissimus est ciuitatis status, eo principe, qui grauissimis casibus sit exercitatus. Itē, ut qui clauum regit, non satis arbitratur se suo fungi officio, nisi circumactis oculis, quid cuiq; faciendum, admonuerit: ita principem non agit, nisi qui magistratuū etiam inferiorum officia moderatur ac præstat. Item, quemadmodum insaniat nauta, si propter odium aliquorum quos naui uehit, nauim perire finat, qua perditas nec ipse posset esse incolumis: ita sanæ mentis non sit, qui ob factiones, patriæ incolumitatem non tueatur: quæ nisi sit incolumis, nec ipse incolumis esse posset. Item, ut non nisi euissimis tempestatibus sacrâ ancoram nautæ iacere solent: ita non est, nisi in grauissimis periculis ac rebus propè desperatis, ad extrema remedia ueniendum. Sed ne ego ineptus, qui ista persequar, cù iam uideas aliquot similitudinū millia binc sumi posse. Nonunquam eadem quoq; collatio pars ad diuersa trahitur, quod genus sit, si luna

m 2 crebra

crebras mutationes, uel ad fortunæ uices accōmodes,
 uel ad humanae uitæ instabilitatem, uel ad stultorum
 inconstantiam, quin eadem quoq; sententia uarios in
 usus deflectitur: ut, *Facundus comes in via pro ueli-
 culo est. Iucundior est uita, si non solus agas, sed cum
 lepidis, ac festiuis amicis consuetudinem habeas. Ru-
 sum: Semper bonus aliquis liber circūferendus, cuius
 lectione tædium discutias.* Item: *Site latus animus co-
 mitetur, & bene sibi conscius, nulla pars uitæ sentiet
 tædium. Hic optimus est uitæ comes, si lata narret
 sin turpium factorum memoriam refricet, tædioene-
 cat. Eadem est prouerbiorum & apophthegmatu-
 ria. Quorum usum ostendimus in principio collectio-
 neorum prouerbialium. Proinde quædam erunt et-
 dam diuersis ascribenda locis, aut annotanda cerie.
 Nam sat erit aliquando tribus significasse uerbis &
 scriptis autorum locis, unde peti possint, præsertim
 quæ paucis exponi nō queant. Sed iam quo res exem-
 plo magis fiat perspicua, sit titulus *Inconstantia*, aut
 morum inæqualitas, experiamurq; quot res ad hunc
Inconstantiae exempla ua-
 tria
*Mercurium uarias formas sumere solitum, ut est uer-
 fer deus, nunc apud superos, nunc apud inferos, nunc
 apud mortales agentem, uarijs etiam fungentem offi-
 cijs, nunc Ganymedis agentem parteis, nunc nuntia
 perferentem, nunc animas deducentem ad Charontem,*
nunc*

nunc negotiatoribus ac patronis operam dantem, nunc cithara utentem, nunc uirga, galero etiam bicolore, postremo uarijs gaudentem cognominibus. Ea sunt apud Aristophanem in Pluto. Dicitur enim ἄροφαῖος, ἴμωσλαῖος, Λόλιθ, Ἕγεμόνιος, ἐναγώνιος. Apud Homerū et apud Hesio. Λιακτόρος, ἀγρεφόντης. Dicitur et Cyllenius et ἐριούνιος. Petam Vertumnū dcū, cui inde etiā nomē, quod uertat formā. Petā Proteū, omnia uertentem sc̄e in miracula rerū. Petam Empusam ex Aristophanis Ranis, id est, dæmonis genus, identidē alia atque alia specie sc̄e offrentis. Item: Morpheus quo scung; uelit uultus induere solitum. Item: Circen ueneficijs ac magica uirga homines in uarias ferarū formas uertentem. Nam improbi secum non cōstant, sed diuersis agitantur affectibus. Petam Loupop uolubilem deum, nunquam sui similem: et huic similem, si uidetur Rhamnusia. Petam Iouem, nunc aquilam, nunc cygnum, nunc taurum, nunc aureum hymbrem factum. Præterea Chimæram capite leonis, uêtre uirgineo, cauda draconis. Ac uarium illud portentum, quod fingeit Horatius in ipsa statim fronte artis poëticæ. Adducam et Ianum bifrontem, et triformem Geryonem, et Bacchum, cui poëtæ attribuunt ὕπερηφ, hoc est, morum leuitatē et facilitatem, ac tales in Ranis fingeit Aristophanes. Et si qua sunt alia apud illos, quæ prodigiosæ uarietatis imaginem habent.

m 3 Addu.am

Adducam & Vlyssem, & quamlibet protēpore per-
sonam gerentem, unde & σωλύγονος statim in operis
initio eum uocat Homerus. Deinde à Physicis petam
Lunæ similitudinē nunquam eodem uultu nobis re-
deuntis, nunc semiplenæ, nūc plenæ, nunc emoriens
tis, nunc renascentis, nūc pallentis, nunc rubētis, nūc
albicantis, nunc antecedentis Solem, nunc à tergo se-
quentis. Petā similitudinem cœli uerni aut autumnali,
nunc nubibus obducti, nūc sereni, nūc tranquilli,
nunc uentis cōmoti. Petam collationē maris aſſiduē
uicibus æſtuarijs decurrētis ac recurrētis, præcipue
Euripi mira celerritate septies die ac nocte reciproca-
tis. Addam Polypū, cuius mutabilitas etiā prouerbio
locū fecit. Addam Chamæleontem colorē subinde mu-
tantē. Item, Pantheram ac Pardum uersicoloribus mu-
culis uariebatū, aut si quod est aliud animal huiusmo-
di. Adiungam puerilię in horas mutatū ingenium.
Adiçiam mulieris peculiarem incōstantiam. Vulgaris
leui momentomobile. Præterea argenti uiui miram
mobilitatem. Arundinem ad omnem auram facilemo-
bilem. Foliorum arenium, plumæ, ramentiq; leuita-
tem, ceræ fluxibilem, ac mobilem naturam. Somniorū
incōstantiam, rotæ uolubilitatē. Adducam laminam,
quæ summis turrium aut templorū fastigijſ solet im-
poni, quo uentum circumactu suo indicet. Adducam
bilbrem facili momento huc atque huc uergentē. Ad-
ducam

ducam opus uermiculatum uerficoloribus tessellis, miram uarietatem ostentas. Quædam etiam ingenio figuntur, ueluti si quis cōparet inconstantis hominis animū, nunc hoc, nūc illud cogitantis, speculo rotundo, in foro frequentissimo suspenso, quod huc & illuc discurrente turba, figuris innumeris uarietur. Aut atro, quod quēcunq; colorē subieceris, eū imitari uideatur. Aut pensili chalybi, quod hinc atq; hinc admotis magnetibus, quorū alter alliciat ad se, alter depellat leui momento, nūc huc, nūc illud rapiatur; nec unquam conquiescat, aut sphærae in plano uolubili. Iam ex historijs mutuo sumam. Græcorū genuinam leuitatem, quam describit Iuuenalis. Lubricā Allobrogum fidem Poenos simili morū inconstantia. Scythes in dies mutatis pascuis, nullam certam colentes sedem. Virgam Moysi subinde in aliam atq; aliā uersam speciem. Ari stippū quamvis agentē personam, ut quem omnis (ut inquit Flaccus) decuit color, nūc Cynico utentem pallio, nūc regia purpura. Item, ιμίλανορ illum dē quo meminit Lucianus. Catilinam uario ingenio, ex Sallustio. Hannibalem ex Tito Liuio, ex Valerio Maximo, quibus aliis fuit uitæ tenor ex adolescentia atq; senectute. Rursum in tertia Horatij satyra Tigellium. Nil æquale homini fuit illi, sēpe uelut qui currebat, fugiēs hostē, persēpe uelut qui Iunonis sacra ferret. E' Comœdijs exemplū sumetur muliebris incōstantiæ.

m 4 Sofrata

Sostrata in Adelphis: *Aum mi homo, sanus' ne es? an hoc proferendum tibi uidetur esse uspiam?* Ac paulo post: *Ab minimè gentium non faciam, proferam.* Amantium inconstantiam exprimit Phaedria è rure repen-te rediens. Puerilem inconstantiam Antiphō ex Phor-miope. Sed hoc persequi per longum est. E Tragœdijs mutuabor Phaedram uariatis sc̄ciū sententijs, nūc uolentem, nūc nolentem. Medeām item ante filiorū cædem diuersis agitatam affectibus. Ab Ouidio Bibli-dem, Narcissum. A Marone Didonem, iam Acne ap-stante discessum, atque hoc genus innumerabiles per-sonas p̄ssim exhibent Poëtæ. Ex Apologis allega-bo rusticum illum, qui Satyro admirante, eodem ex ore modò calidum, modò frigidum efflabat. Et si quā sunt alij, nam in præsentia rationem dunt taxato st̄dimus. E prouerbijs mutuabor τὸν ταῦτα γράψαντες. Item, ἀνέμον ταύταιοι. Et, εὔμετα βολῶτεροι καθόρισ. Et, οὐδενών ταύταιοι. Et, λευκόμ θηριοι, aliq; consimilia. Nam ipsi in prouerbijs locos adiunximus, unde ista peti possint. Et, Saxum quod subinde uoluitur, nō ob-ducitur musco. Et, Arbor quæ subinde træplantatur, non grandescit. Rursum ex apophthegmatis adduc̄ illud dictum in Ciceronem: *Duabus sedere sellis.* Et in cundem à Sallustio scriptum: *Aliud stans, aliud se-den loquitur.* Ex Hornero ἀλογοτρόχοι. Sic enim uocat Martem incertarum partium, quiq; nūc cū his sentit.

sentit, nunc illis. Ex Ouidio, *ni fallor*: Et tantum constans in levitate sua. Ex Horatio: Leuior cortice. Et, Mutat quadrata rotundis. Et, Romæ Tybur amo, uentosus Tybure Romam. Ex Plauto: Tipula leuior. E Terentij Phormione: Volo, nolo; nolo, uolo: quod dictum est, non dictum est. Ex Euripide: πλευρα γαρ φρονσε τὰ μὲν ρῦμ, τὰ δὲ πολλα, τὰ δὲ αὐτίκα. Iam apparet, opinor, quanta huius quoq; generis supellex ex tot scriptoribus colligi possit. Eadem est sententiariū ratio, quas non tantum ab autoribus sumere, uerum etiam pro re nouas parere licet. Quibus omnibus, si totidē opponas cōtraria, deinde subiunxeris utrinque finitima, nimirum quam immensus orationis penitus futurus sit, uides. At cum tam uarius sit usus, id quod diligentius ostendemus in opere de ratione conscribendarum epistolarum, nihil erit quod nō aliquo pacto possis ad locupletandam orationem accommدادare: quandoquidem contraria quoq; adhibentur, uel per ironiam, uel per dissimile, uel per comparationē. Per ironiam, ut si quis hominem nunquam sui similem, Socratē appellat, qui in omni uita semper eodem uisu est uultu. Per dissimile, ut si dicas: C. Iulium Cæsarem nullius unquā facti pœnituit: hic nihil unquā decreuit, quod non mox resciderit. Per comparationem, si dicas, quod Cato ille, quem Cicero præfractū uocat, à sententia non potuit abduci: tam hic non po-

m s testim

est in eadem retineri sentētia. Porrō finitima, quām sunt facili deflexu, ad uicinā trahūtur. Quod genus Persianum illud: Tecum habita. Nam & si propriè quadrat in eum, qui maiora molitur, quām pro sor- te sua, tamen quia non esse sua forte contentum, cum inconstantia cognationem habet, huc torqueri pote- rit, præsertim cum Seneca scribat: Primum argumen- tum compositæ mentis existimo, posse consistere, et secum morari. Quin eadem similes in laudem tor- queri possunt, ut si omnium horarum hominem, uer- satiliq; ac dextro ingenio laudes. Ex incōstantiæ pe- nario sumes polypum, ad sp̄ciam subiecti soli mu- tantem colorem. Sumes Euripum, ac negabis mare hoc esse tam uersatile, quām huius sit ingenium. Su- mes flammam, st̄are nesciam. Sumes cœlum subinde alia facie. Sumes arundinem ut cunq; flauerint aure, flectentem se sc̄. Dices sapientis esse, pro renata, pro tempore, pro loco mutare sententiam, ac uitæ ratio- nem. Stupida saxa, ac brutam tellurem unam non moueri. Cæterum ex animantibus, ut quodque pre- stantissimum est, ita maximè mobile esse. In uniuersa natura, quo quiq; præclarius est, hoc à quiete lon- gius abesse. Infima est, quæ non mouetur terra, at mo- bilis aqua, mobilior aer, ignis hoc quoque mobilior, cœlum quām maximè mobile. Proinde mentem ho- minis, auram atq; ignem ab antiquis uocari. Contrà,

stultos,

*stultos, tardos, stupidos, lapides, plumbum in quas
res maximè cadit constantiae uocabulum. Per huius-
modi locos pleraque è constantiae suppellectile ad ui-
tuperandum traxeris, & ex inconstantiae ad lau-
dem detorseris. Verum de his, ut modo dictum est,
alias tempestiuus.*

PHILIPPI ME
LANCHTHONIS DE
LOCIS COMMUNIBVS
RATIO.



HILOSOPHI digesserunt res hu-
manas omnes ceu in formas quasdā
uiuendi, ut alia sunt naturae, ut uita,
mors, forma. Alia fortunæ, ut opes,
nataliū splendor, honores. Alia sunt
in nostra potestate, ut uitia, ac uirtutes. Sic in singulis
studiorū generibus, sunt quedā capita, in quæ refer-
ri solent, quæ tractatur illic, ut in Theologia, fides, ce-
remonia, peccatū. In iure æquitas, seruitus, poena, ma-
leficiū, iudex, aduocatus, & his similia. Qui uolet igi-
tur de rebus humanis rectè iudicare, illū oportet, quic-
qd inciderit forte fortuna, ad has ceu formas rerū exi-
gere. Pariter, cui cordi est rectè de studijs iudicare, illū
oportet

oportet tales locos in numerato habere. Nam præter id quod sunt formæ rerum et regulæ, mire etiam memoriam adiuuant. Voco igitur locos cōmunes, omnes omnium rerum agendarū, uirtutum, uitiorum, aliorumq; communum thematum communes formis, quæ ferè in usum, uariasq; rerum humanarum, ac literarum causas, incidere possunt: possuntq; comprehendendi locis argumentorum generis deliberatiū, ut fortunam, opes, honores, uitam, mortem, uirtutē, prudentiam, iustitiam, liberalitatem, temperantiam. Et his contraria, paupertatem, ignominiam, exiliū, temeritatem, iniustitiam, fides, intemperantiam seu luxum. De usu locorum communium optimè scrips-

Rodolphus
Agricola.
D. Erasmus
Roterdam-

runt, Rodolphus Agricola, in epistola De ratione studij, & Erasmus in Copia, in hanc ferè sententiam. Qui destinauit per omne genus autorū lectione grif-
fari, prius sibi quamplurimos paret locos. Eos sumat partim à generibus ac partibus uitiorum uirtutumq; partim ab alijs, quæ, ut ante dixi, sunt in rebus mortalium præcipua, ut natura, fortuna, fatum: digeraq; iuxta rationem affinitatis & repugnantie. Nam & quæ inter se cognata sunt, ultro admonent quid con- sequatur. Et, Contrariorum est eadem memoria. Puta
Pietas. sit exempli causa primus locus, Pietas & Impietas.
Impietas. Huic subiicientur species inter se cognatae. Prima est
pietas in Deum: secunda, in patriam: tertia, in paren- tes alli

tes aut in liberos: aut etiā in eos, quos oportet parentum loco colere, ueluti præceptores, et quorum beneficio seruati sumus. Accedit ad hæc superstitione, ad ieiunia est igitur. Atq; hic aperit se latissimus campus de prodigiosis deorum cultibus, ac de diuersarū gentium diuersis ceremonijs. Est ad hæc accessenda etiā fides in amicos, in hostes: totidemq; de perfidia. Item, sit titulus Beneficentia. Huic cum suas species subiec-
Superstition.
 ceris, restat gratitudo, non illa quidem huic subiecta, neq; rursum contraria, sed adhærens, eiq; ea ueluti cō-
 sequens. Virtutum ac uitiorum ordinem sibi quisque suo singat arbitrio, aut ex Philosophis petat. Vtile consilium est, quod supra dedi, exercendos in locis cōmuni bus genere didactico, iuuenes, ut singulorum naturam, uimq; proprie perspiciant. Plurimum ex eo studio iudicij cōparari, si quando in sublimib; agendum sit, ut in Theologia, quid affectus, quid uirtus, quid uitium. In iure Ciiali, quid iustitia, quid àn-
pietate, quid iniurias. In singulos autem locos perti-
 nent, fruitions, descriptiones, sententiæ, & exempla, fabulosa, seu historica. Ut si iustitia titulus sit, erit eius finitio: Iustitia est, qua cuiq; quod suum est, redditur. Descriptio, qualis est apud Gellium ex Chrysippo, aut apud Hesiodum, Virginem esse, apparere ad Iouis tribunal. Subiectu interim & ratio fabuloso-
 rum, seu mythologia: nō illa quidem imperite aut te-
merē

merè conficta, sed ex' illustri aliquo autore petita: ut si iustitiae Hesiodianæ descriptionem ex Platone dele gibus, enarres. Iustitiae est comes Nemesis, temeritatis & arrogantiæ mortalium uindex: eius item descrip̄tio addenda. Gerit enim frena & amissim. Notandum ad hæc, si quid uspiam de iustitia insigne dixerit Poëtæ, sic ubi epitheto illustri notauerunt, ut quomodo eam dixit Orpheus ἡρακλεός. Tam sententiae diligenter coaceruandæ sunt, nonnunquam ad describendum quomodo usus sit autor sententia è qua petitur. Neque enim proclue est cuiuis, sententias, prouerbiaq; sic usurpare, ut suam referant faciem. Qualis est illa Teognidis poëtæ: Iustitia in se uirtutem complectitur omnem, qua sic uti liceat, ut est usus in moralibus Aristotel. Exempla, ut est Camilli de Faliscorū proditore: Bruti, de Aquilijs: Manlij, de filio, quod contra imperium pugnasset. His qui instruxerit sc̄e, habebit quod suppeditet ad copiam semper in promptu. si qualecunq; inciderit argumen- tum, in aliquem locorum communium plures uerefe- rat, ut Cicero restitutionem Marcelli, in clementiam in qua prædicanda, dici non potest, quam eleganter ueretur. Causam Archiæ, fecit laudem humanitatis. Hæc de locis communibus satis. Neq; uero putas eos temerè configi, ex intimis naturæ sedibus eruti for- mæ sunt, seu regulæ omnium rerum.

Sequitur

Sequitur nunc locorum quorundam index, semper à studio locupletandus.

Quē olim M. Petrus Fladrunus, ex Bris-
gaudia Vualkilch oriundus, aedium Sapientiæ
Friburgi alumnus, linguis tribus præcipue in-
signis, & præceptor nō tam doctissimus, quam
etiam fidelissimus, discipulis suis conscripsit.
Qui præmatura morte, magnum ætatis suæ &
tenerum ipse ingeniū, maximo discipulorum
mœrore ut maiori literarum iactura, uelut in
herba enectus, in Alsatiæ Rubeaco obiit,

Anno m. d. xxvi. xv. Ca-

lendarum Nouem-
brisum.

1	Deus		Sapientia
	Summum bonum		Cyclopædia
	Felicitas.		Eloquentia
2	Fatum		Doctrina
	Prouidentia		Eruditio
	Fortuna.		Institutio.
3	Natura		8 Disciplinæ
	Ingenium		Diuine
	Indoles.		Humanæ.
4	Homo		9 Bonum
	Vita		Vtile
	Valetudo	Bona	Delectabile
		Mala	Honestum.
	Mors.		10 Virtus
5	Aetas		Officium
	Pueritia		Mediocritas
	Adolescentia		Decorum.
	Iuuentus		11 Vitium
	Senectus.		Abundantia
6	Mens		Defectus.
	Intellectus	Idem	12 Affectus
	Animus		Ira
	Voluntas		Amor
	Appetitus.		Odium
7	Philosophia, id est,		Voluptas
	Sapientiarerum		Spes

Metum

Metus	17 Intemperantia
Misericordia	Voracitas
Dolor.	Ebrietas
13 Fortitudo	Vinolentia
Constantia	Veneris prouocatio
Perseuerantia	Procacitas
Periculum	Libido
Bellum	Scortatio
Pax.	Inuerecundia.
14 Audacia	18 Liberalitas dando et accipiendo
Temeritas	Divitiae
Insanies	Pecunia
Fiducia.	Aurum
15 Inconstantia	Argentum.
Timiditas	19 Pauperies
Metus.	Inopia
16 Temperantia	Penuriarerum.
Abstinentia, seu cibi honestas	20 Prodigalitas.
Sobrietas, seu potus honestas	21 Illiberalitas dando
Pudicitia	Tenacitas
Castitas	Auaritia accipiendo.
Virginitas	22 Lenocinium
Verecundia	Vsura
Pudor.	Alea
	Ars parasitice.
	11 Magnitudo

194 LOCORVM COMMUNIVM

23	Magnificentia Magnifici sumptus.	Clementia Poena
24	Luxus Ruditas Sordities.	Indulgentia Licentia Reconciliatio.
25	Magnanimitas. Honor Gloria Nobilitas Natales Novitas Industria Labor Laus.	Iracundia Vindicta Iniuria Crudelitas Feritas Sæuitid.
26	Superbia Lentitudo.	Affabilitas Humani congressus Humanitas Taciturnitas Sales Compositimores.
27	Fusillanimitas Pigrities Ignavia Ignominia Vecordia Otium Obscuritas.	Difficultas Contentio Rixæ Inhumanitas.
28	Modestia Ambitio.	Adulatio Assentatio Garrulitas Detractio Scommata dentata
29	Mansuetudo	Inesk.

Inelegantes mores.	Scommata
34 Veritas	Scurrilitas
Fama	Histrionica ars
Lucrum.	Scurra
35 Mendacium	Cachinno.
Arrogantia	39 Cōmune bonum
Diſsimulatio	Respublica
Malitia.	Regnum
36 Comitas	Principatus
Vrbanitas	Optimorū potestas
Dexteritas	Optimates
Festiuitas	Magistratus
Oportunitas	Censu potestas, id est,
Facetiæ	Timocratia.
Sales	40 Tyrannis
Ludi honesti	Paucorum potestas
Iocus	Democratia
Recreatio	Labes reipublicæ.
Relaxatio animi.	41 Iustitia
37 Rusticitas	Lex, Ius, Mos,
Agrestis	Aequitas commutativa
Durus	Aequitas distributiva
Importunus	Iustum ciuale
Molestus.	Iustum herile
38 Obscenitas	Iustum paternum
Turpitude	n s Iustum

<i>Iustum œconomicum</i>	<i>Contumelia</i>
<i>Magistratus</i>	<i>Adulterium, furti nus est</i>
<i>Plebs</i>	<i>Rapina.</i>
<i>Obedientia.</i>	
42 Contractus	<i>Latrocinium</i>
<i>Mercatus</i>	<i>Seruorum seductio</i>
<i>Venatio</i>	<i>Falsum testimoniu</i>
<i>Emptio</i>	
<i>Mutatio</i>	
<i>Vadimonium</i>	
<i>Locatio</i>	44 Fides
<i>Depositio</i>	<i>Charitas</i>
<i>Mercede cōductio.</i>	<i>Pietas</i>
43 Iniustitia	<i>Religio.</i>
<i>Iniquæ leges</i>	
<i>Iniquitas</i>	45 Superstitio
<i>Iniustum ciuale</i>	<i>Perfidia</i>
<i>Inobedientia</i>	<i>Periurium.</i>
<i>Seditio</i>	
<i>Clades</i>	46 Amicitia
<i>Furtum</i>	<i>Benevolentia</i>
<i>Violentia</i>	<i>Concordia</i>
<i>Iniuria</i>	<i>Aequalitas</i>
<i>Cædes</i>	<i>Retaliatio</i>
<i>Membrorum captio</i>	<i>Beneficentia</i>
<i>Conuitum</i>	<i>Gratitudo</i>
	<i>Fortunæ participa tio</i>
	<i>Confuctudo</i>
	<i>Conuictus</i>
	<i>Familiaritas.</i>
	<i>Inimicit</i>

47	<i>Inimicitia</i>	48	<i>Prudentia</i>
○	<i>Malevolentia</i>		<i>Consilium</i>
	<i>Ingratitudo</i>		<i>Sagacitas</i>
	<i>Inuidia</i>		<i>Sollicitudo</i>
	<i>Indignatio</i>		<i>Sententia.</i>
	<i>Inaequalitas</i>	49	<i>Imprudentia,</i>
	<i>Discordia</i>		<i>Stoliditas</i>
	<i>Rixæ</i>		<i>Consiliorum inopia</i>
	<i>Querelæ</i>		<i>Oblivio.</i>
	<i>Iurgia.</i>		

LOCORVM COMMUNIVM
FINIS.

In hæc Capita subsignandæ, digerendæq; sunt singulorum locorū finitiones, descriptio-nes, etymologiæ, sententiæ, scite dicta, exem-pla, epitheta, comparationes, metaphoræ, alle-goriæ. Illi enim & similes loci, thesaurus erudi-tionis & eloquentiæ prelibentur.

J N L I V I D V M O B T R E
C T A T O R E M P R O I N D I-
c i s h u i s p a t r o c i n i o .

Nemale damnaris quod nec prestare uolebas.
Carperis ergo hæc quis, tu meliora dato.

198 DE CORRIGEN
DIS STUDIIS, SERMO
PHILIPPI MELANCHTHONIS.

EXIMIA PIETATE AC
doctrina uiro, D. Othoni Becman, Iuriscons.
Canonico Vuitemberg. PHILIPPVS
MELANCHTHON, S. D.



ON parū refert ad uitæ tuenda rationes, quo genere literarū dis ætas initio formerur: cū ob alia multa, tum hoc maximè, q̄ nihil efficacius est ad mutāda in genia, moresq; hominū, literis. Nam ferē semper talis est unusquisq; qualē studia faciūt. Nec mihi bonæ literæ, nisi quę mentis bone sunt, ui dētur. Itaq; præstat optimis iuuentutē erudiri, mores eñi optimos optimæ literæ cōserunt. At uideas hodie passim in Germania tale quoddā genus iuu eniliū studiorū tractari, quod nō modò sit ad omnem reliquam uitam inutile, sed o. m. in o. etiā perniciosum. Etenim deserta pædia, quibus nescio nugis ingenia cæterū felicia occupantur ac frangūtur, philosophiā ipsi uocant. Non hoc dico quo à philosophia studio. sos auocem, sed hunc philosophandi ordinem ac ductum non probo. Ne enim angustis adeo finibus circumscripta est philosophia, ut philo. sophari



sophari nihil aliud sit quam nugari. Maxima
eius pars contempta iacet, ea uidelicet, quae so-
la humanitatis nomine maioribus nostris di-
gna uisa est. Adolescens quispiam ad Xenocratē
adductus, percipiendū philosophiā gratia, cum
nondū quicquā Cyclicorū attigisset, sapientiæ
sacris prohibitus est. Sic enim ait Xenocrates:
Οὐτοὶ ταρπίμους πόχος οὐ λικηθήσεται.

Humaniores
literæ cōtem-
p̄tæ a Sophi-
stis.

O' nos felices, si recta studia Deūm fauore re-
nascantur, quae iam ferè caput exerere in Saxo-
nibus cœperunt. Proinde iuuentutem nostrā,
sermone nuper habito inhortatus sum, ut ad
bonas literas lœtis animis adspiret. Atque hoc
unū egi paucis, ut intelligat quae nam sit barba-
ricorum, quę honorū studiorum ratio. Neque
dubito, cui satis utruncq; genus cognitū est, co-
naturū totis viribus, ut ea parte præstet, quae &
optima est, & ab optimis sola probatur. Quae
enim uesania fuerit, immenso labore, cura nu-
gas emere? Orationem tui nomini Otho do-
ctiss. dedico, Δόσιμον δλίγιον τε φίλων τε. Debemus
enim tibi quicq; literas profitemur, atq; adeo
ego multis sanè nominibus, quē pluribus, quo
tidie soles officijs cumulare. Hoc igitur munus
qualecumq; est, si de animo æstimes meo,
amplissimum ac pulcherrimum
accepisti. Vale.



AE EGO planè uidear im
 pudēs, atq; mei prorsum
 oblitus, in hoc coetu, ma-
 gnifice Dn. Rector, ex-
 mij principes Academie,
 dicturus, quem (cū alias
 ex ingenium, et umbra-
 tile studiorum genus ab
 huiusmodi theatris, et hac plausibili Oratorum qua-
 si curia auocet) absterrere modò cum primis rei, quā
 acturus sum, difficultas potuit: ni mecum pietas inre-
 sta studia, tū officij mei rationes inhortentur, quo bo-
 nas literas ac renascentes Musas, quām quod maxi-
 mè, commendatas uobis uniuersis uelim. Illarū enim
 causam suscepī tutandam, aduersus eos, qui uulgō sili
 in scholis, doctorum titulos ac præmia, barbari barbi
 ris artibus, hoc est, ui et fraude arrogarunt, et hanc
 nus ferè malitiosis ingenij homines retinent. Germa-
 nicam iuuentutem paulò superioribus annis diculi
 conatam in hoc felix certamen literarum descendere,
 iam nunc quoq; non pauci, uelut è medio cursu, com-
 mento plus quam Thracio reuocat, difficilius esse stu-
 dium literarum renascentium, quām utilius: Græcas
 quibusdam male feriatis ingenij arripi, ac ad ostend-
 tionem parari: Dubiæ fidei Hebræa esse: Interim
 genuino literas cultu perire, philosophiam desertum
 iric

Inductor in
 bonas literas
 calumniæ.

tri: & id genus reliquis conuitijs. Cum isto gregi in-
 doctorum congressuro, quis non intelligat uel Hercu-
 li non uno Theseo opus esse? adeo suscepto negocia.
 non parū aequo dicar audacior: ut interim silcam uix.
 posse hanc à me prouinciam administrari citra mode-
 stie periculum: qua, dispeream, si quid unquam rerū
 humanarum prius duxi. Ardeo enim amore recti: &
 quum studia uestra uehementer iuuari adolescentes
 cupiam, fiet, ut quædam liberius, quam isti uolent, di-
 cam. At quando me hoc siue ratio (ita enim uideor mihi)
 siue casus aliquis impulit, uolo hanc mecum, Cla-
 riſſimi uiri, causam habere uos communem, quorum
 industria, cōſilijs, operaq; fit, ut paſsim à ſitu & ſqua-
 lone adferantur literæ, natuuiuinq; nitorem ubiq; rece-
 pturae ſperentur. Placuit igitur paucis, commonere iu-
 uentutem illuſtris Academiæ noſtræ, ut quantum ad
 ſummam præclari instituti ueſtri attinet, intelligat,
 que ſit renascentium ſtudiorum ratio: que illorum,
 que Barbari maiores noſtri ē Scotis in Galliā, ē Gal-
 lijs in Germaniam inuexerunt: ut ordine ac ductu ge-
 neris utriusq; cognito, ipſi iudicetis, utrum maiore
 cōmodo, periculo minore, liceat amplecti. Atq; in hoc
 omnis oratio mea incumbet, uti ſpem uobis elegantis
 literaturæ (de Græca ac Latina loquor) faciam. Scio
 enim in ipſo iam ueſtibulo plerosq; nouitate rei, ſi nō
 deterreri, certè angi. Præſtabat autem orationis ar-

n 5 gumens-

gumentū, et quasi filum ab ipsis studiorū fontibus, et
omniū seculorū literatis institutis ducere: sed ea, sce-
næ alterius erūt. Iā quod attinet, brevibus barbaris-
dia cū synceris cōmittā: docebo quibus auspicijs Lat-
inā discēda sint, et Graeca tentanda. Interim quæso di-
centē benigni audite, id qđ à uobis uel singulare meū
erga uos studiū, uel ipsa literarū dignitas impetrabit.

Annis ab hinc opinor oclingētis, orbe propè uni-
uerso à Gotthis cōmoto, & à Longobardis deuastata
Italia, simul cum imperio Romano Romane literæ
sunt intermortuæ, quod unā belli furor et bibliothecas
exciderat, & Musas ocio, ita ut sit, negato exim-
ixerat. Scitis enim quām nō conueniat cū sapientia stu-
dijs, atq; adeò ciuiliū rerum cultu Marti, quem fungit
Homerus noster cū Pallade acerbis odijs cōflictantē,
μαυρόμυρον, ut ipse ait, τυντὸν λακτόν. Quo fere tempore

Gregorius. re Gregorius, quem isti Magnū, ego præsultorem
ad locū ὁπλισμον Theologiæ pereuntis uoco, cæterū eximia
uir pietate, Romanā ecclesiam administravit, et inf-
licissimi seculi casum, quoad potuit, docendo scriben-
doq; sustinuit. Sub id ætatis nemo, ut uidetur nostro-
rum hominū fuit, qui aliquid insigne scriptum ad po-
steros dederit. Vrēum hactenus in Scotis atq; Hiber-
nij literas diuturna pax aluerat. Clarebantq; hi cum
Beda. alijs quibusdam, tum maxime Venerabili Beda, Gra-
ce & Latinè haud uulgariter perito, ad hæc in philo-
sophia

sophia, Mathematicis, sacris sic eruditio, ut cum iectus
 stis quoq; cōferri posset. Interim frigebat Italia, frige-
 bat Gallia, Germania, ut semper armis, quām literis,
 instructior erat, eaq; tum potissimum in Italia seue-
 bat: nondum enim uniuersachristum profiteba-
 tur. In hunc rerum statū Carolus natus, cū fines Ro-
 mani Imperij pacasset, ad instaurandas literas animū
 adiecit. Nam & ipse preter multarū linguarum co-
 gnitionē, plerasq; disciplinas, quae scholis debentur,
 expeditas & compertas habebat. Alcuinū ex Anglia
 in Gallos duxit: quo autore, Parisij literas profiteri
 cōperūt, auspicio certè lato. Nam puræ adhuc erant,
 & accedebat Græcarū rerum mediocris peritia. Ea
 nobis ætas Hugones, Ricardos, & alios non pessimos
 scriptores edidit. Philosophia non uti nunc ex Aristotele
 petebatur, sed totam sibi adseruerant Mathematica,
 quæ magnæ curætum literati omnes habebāt, id
 quod indicant ueteres Monachorum diui Benedicti bi-
 bliothecæ, è quibus nemo clarus extitit, qui non ope-
 re Mathematico sit eruditionem suā egregiè testatus.
 Deinde usu res acta est, incideruntq; homines quidā,
 siue libidine ingeniorum, siue amore litium ducti, in
 Aristotelem, eumq; mancū & lacerum, et qui alioqui
 Græcis obscurus, nō & logia similis uidetur, Latinè
 sic redditum, ut etiam Sibylle furentis conjecturas
 exerceret, huctamen incuti homines impegerunt.
 Sensim

Sensim neglectæ meliores disciplinæ, eruditione Graeca excidimus, omnino pro bonis non bona doceri cœpta. Hinc prodierunt Thomæ, Scoti, Durandi, Seraphici, Cherubici, et reliqui, proles numerosior Cadmea sobole. Accedit insuper, quod non solum contemptu teres studio nouorum, sed omnino si qui in eâ supererant ætatem, ceu in Lethen alegati, perierunt, ut dubites num aliare argutiarum autores plus nocuerint, quam quod uerba recordes tot milia ueterū scriptorum ad internectionē usq; aboliri passi sunt. Talibus deinde, semel iuris diuini ac humani potestas facta est: ex horum decretis iuuentus erudiebatur. Proinde in scientiam iuris ac rem medicam pariter post hac saevitum est. Oportebat enim similem præceptoribus disciplinū esse, ut aiunt uulgo λόγον & λαχονώρην. Haec ratio studiorum annos circiter trecentos in Anglia, in Gallijs, in Germania regnauit, ut ne quid interim dicam immodestius'. Quād pernitiosa conūcere licet prope modum ex his quæ dixi: atque ut planè intelligatis, animaduertite. Primum, desertis ueterū disciplinis, quando audax ista commentandi et philosophandi ratio inuuluit, simul Græca contempta, Mathematica deserta, Sacra negligentius culta sunt. Quo malo, quæ sevior pestis esse potuit? Certè nulla uulgarior unquam fuit. Nam cum ad eam usq; ætatem, et philosophia tota Græca fuisset, et Sacrorum Latine litt

re, præta-

ræ:præter Cyprianum, Hilarium, Ambrosium, Hieronymum, Augustinū, nulle insignes extarent, & Græcorū usum uernaculū Sacra occidentis magna ex parte eatenus habuissent, fieri non potuit, quin Græcis cōtemptis, unā quicquid cōmodi studijs humanis philo sophia confert (confert autem longè plurimū) deinde cura sacrorū sensim interiret. Hic casus, uerè Christianos ecclesiæ ritus ac mores, ille studia literarū la befactauit. Aequius forsitan alterius fortuna ferri potuit. Nam & lapsantes literas, incorrupti ecclesiæ ritus, facile instaurare poterant: et bonis literis, si quæ saluæ mansissent, liberum erat, ruinofos ecclesiæ mo res corrigere, animos hominū iacentes excitare, confirmare, & in ordinem cogere. At uero siue fato, siue nostro uitio euēnit, simul bonæ literæ non bonis, pri scia pietas ceremonijs hominum, traditionibus, consti tutionibus, decretis capitulis, extrauagantibus, glos sis & uerbi mutata est: neq; retulit quod Nicena synodo Patres tam prudenter cauerunt, τὰ ἀρχαῖα τὸν λεπτότερον. Audacius hæc uidear alicui, quam ex usu uel etatis, uel studiorum meorū: uerū, ut sic dicam, res uestræ, ingenii iuuenes, postulant. Nam ut quidam se gnius cum bonis artibus in gratiā redeant, nimirum in causa est, quod nondum quisquā eos liberè admo nuit. Iam igitur cognoscite, quæ nam sit illa barbarorum commentandi ratio, quæ è quibus manarit fonti bus,

Tria artium genera bus, audistis . Artium genera omnino tria sunt, τρια
 genera ῥοπ, φυσικὴ, προτριπτικὴ . Logicum uim omnem acci-
 scrimina sermonis tractat: & cum per ipsum in illa
 superiora sit iter, primum formandæ pueritie rudi-
 mentum est, literas docet, proprietatem sermonis
 aut regulis adstringit, aut collatis autorum figuris
 indicat quid obserues, id quod ferè Grammatica pra-
 stat. Deinde cum paulò progressus fueris, iudicium
 animis comparat, quo metas rerum, ortus, fines, di-
 flum, sic agnoscas, ut sicubi quid inciderit exactè tra-
 candum, omnia quæ ad institutū pertincent, quasi in
 numerato habeas, & artis adminiculis ita sensus au-
 ditorum capias, ut dissentire temerè non queant. He-
 Dialectice & partes illius sunt, quam uos dialecticā, alijs rhetorica
 Rhetorice ea- uocant: nominibus enim uariant autores, quum ars
 dem sit. Atq; hic docendi ordo quondam fuit, quū ui-
 gerent adhuc literæ, donec in Bullatos quosdam Ma-
 gistris incidimus, qui scitis, qua mole commentarij
 grammatica primum oppreßerant. Sed quādō eare
 uixerūt, de Dialecticis uideamus, quæ adhuc ex Tar-
 taretis, Bricot, Peruersore, Eccijs, Copulatis, Burse
 Montis, Exercitijs taurinis & caninis, et alijs huic
 farinæ petimus. Licet hac parte mihi liberius agere, et
 ijsdē ego annos iam sex perpetuos penè detritus sum.
 Et cū rem probè meditatam habeam, non erit difficile
 mihi suis eam coloribus pingere ac declarare, non
 esse

esse dialecticā quae isti amisi inscitiæ magistri profitentur. Primum, dialectica, methodus quædam est omnium quæstionum compendiaria, ^{Dialectica} quid.
 dialecticā, qua constat ordo & iudicium cuiusq; rei tractandæ, ut in quoque videamus, quid, quantum, quale, quorū, quomodo. Si simplex sit, si complexum, uerum ne, an falso, Simplicium discrimina, notionesq; isti per loca senta situ cogunt, noctemq; profundam. Complexorum doctrinæ, quas tenebras non offunderūt argutij? Quales sunt, Genus est species, Nullus & nemo mordet se in sacco: Parisijs & Romæ uenditur piper. Arcent foro suo, quæ non adsequuntur. Librum ~~litterariorum~~ aiunt dialectice tabulis non censi, quū inde omne artificiū inueniendi, cū ē fonte fluat, & litterariorū nō sint, nisi uero quædam simplicium. Ethic argutantur, num singula genera generaliſ. realiter (ut uocant) discrepent, atq; de eo nondum inter Scotistas ipsos conuenit, multo minus cum factionis diuersæ nominibus. Analytica posteriora cum sint, disponendi series, ac ut simplicius peripateticus ait, Canon ac amissis artificiose disputationis, inter metaphysica nostri retulerunt: nempe quo rem per se non admodum difficultem, ac mire utilem studijs honeste tractandis, & difficultem & inutilem redderent. Hoccine est illud docere quod iactant? hæccine sunt sine quibus pensum arti cuique

cuiq; suū reddi nequit? Hæc sine sunt, quæ tam spletidis philosophiæ titulis auctionātur? At quanto minoris didicissent rectè sapere quam despere. Sed cohibeo animum, ne quem uel bonorum nimia libertas offendat. Vos à me adolescentes hoc unum agi putetis, utilius, quam quod olim tractabant, studiū uideri renascentium literarum. Evidem aliquot nouirellū iudicij uiros, quibus cū sæpe rem eandem cōtuli prorsum nostræ sententiæ omnibus calculis adstipulantes. Amicus mihi quispiam est non uulgaris, sub quo prius puer præceptore in Suevis Tubingæ dialecticis merui annum unum aut alterum, hactenus ut fratre semper familiariss. usus, Franciscus Stadianus eruditione ac uitæ genere tali, ut à bonis ac doctis omnibus certatim diligi mereatur. Is Analytica posteriora summiæ iuuentuti anno superiore prælecturus, à nobis Themistij libellos, quos Latine reddidit Hermolaus accepit. Addidi quædam è Philopono transcripta, neque Græca omnia satis mihi probantur. Admonui super illic ab Aristotele Rhetorica doceri. Legit, regitq; et quo est iudicio, protinus ad scopum adiutit animū: ibi re penitus cognita, et pro felicitate ingenij sui aucta illustrataq; tot notabilibus, acceptiōnibus, distinctionibus exautoratis, causam integrat, ueluti recuperatorio iudicio restituit, scholæ simpli-
citer ac candidè summarei τὸ ἀλφαριγγίῳ traditurus. Ad
hac

Franciscus
Stadianus.

hæc male precatus nugis, obnoxie à me cōtendit, Ari
 stoteli purgando socias manus adijcerem: conaturum
 omnia sese pro uiribus, uti artium elementa uindicta
 barbarorū liberarētur: primi nominis studia, à fodi
 bus recipi nō posse, nisi purgatis adolescētiæ rudimen
 tis: id ferè quenque in summis posse, quod in infimis
 assueuerit: in summa, omnia sibi de grandioribus pol
 liceri, si exercendæ iuuentæ ratio melior iniretur. Pla
 cuit amici consiliū, et negotium unā literariū susce
 pimus. Dij reliqua secundent. Nunc quæso uos, quan
 ti facitis huius uiri iudicium, cum in alijs disciplinis
 oī παρίγραμτοι, tum in hoc genere summa cum laude an
 nos opinor decem uersati? Hoc egero uobiscum teste,
 atq; eō sanè iurato, non esse in his uulgatis Stromatis,
 quod probari cuiquam, præter personatos quosdam
 professores τελλοὺς μᾶλλον ἢ φιλοσόφους, queat. Iratas
 habeam Musas, ni hæc ita damnem, ut pro eis melio
 ra, felicia rāq; uos amplecti uelim: alioqui liberum per
 me cuiq; fuerit, quorsum uel usus uocat, uel ingenium
 trahit, sequi. Sat scio nullum fuisse seculum, neq; Græ
 corum, neq; Latinorum, quod non sit egregie nugatū
 philosophando: ueteres aliquāto quām noui felicius.
 Quare afferas ad eas studia, oportet, animū acrem et
 curam: deinde Magistrum adhibeas boni iudicij, qui
 seligat, quænam, et quatenus discenda sint. Dolet
 enim sanis, esse, qui persuaserūt sibi, nisi hæc nugalia

didice-

didicerimus, non fore ex usu quicquid studiorum affectemus. Modestus vir Socrates erat, qui cum opinione sapientiae vulgo coleretur, dicebat, Hoc unum se fieri, quod nihil sciret: illi contra, hoc unum nesciunt, quod nihil sciunt. Atque utinam feliciter eos aliquando iungam: et uirga sua demulceat: ut expergefiant, ut despere se agnoscant. Ut euagarer longius, ipsam rei dignitas perpulit. Volo enim fidem studiosis factam, aliud quoddam literarum genus utilius esse, quam si quod Copulata iactat: atque hæc in Rhetoricis nostris longius, Quin uideamus, et hoc facile ne sit, hic enim se commendatione diuendunt: quasi uero angustis adeò finibus contenta uirtus esse debet, ut quod cuique proclive sit aggredi, continuo idem honestum sit. Quantum etatis homini datum est, nedum adolescentiam, insumunt, ut Euripos omnes, sicut enim Aristotelici, Zanzenus uocat, Aristotelicos exhaustant: id quod nescio, an unquam alicui contigerit. Subinde enim quod exhaustur infuit, felicius id quidem, quam quod de Danaidum dolis ferunt. Adde quodcum se uenientia meditari gloriabantur, plurimum operæ fallacijs necendiisque dolis linguae nauant, ut festiuiter ludit Socrates cum ait: Οἱ ἀριστοί τῶν ἡμέρων περὶ τοῦ μὲν ἀληθεύτη, τοῦ δὲ καὶ ἀρχῆ τῶν ἴπαγγελμάτων, τούτου λιγανεύεισθαι. Deinde ex tot factionum diuersis optionibus, sive unam aut alteram, quæ sibi constitutæ penas

perias . Solent enim , ut ex veteribus theologiis quidam primi nominis dixit , In omni humano dogmate , falsis uera , ueris falsa misceri nō est à nobis uoluisse . Quod si ipso iuxponimus , ut Dionysij uerbis utar . Ibi uero quanto agas negotio , quibus auditorem perfugi strahas , dum sententiæ doctores inter se conueniant , nimirumut candida nigris : at nū refert , cœdat , an recto stet fabula talo , modo clamatum sit fortiter . Quanto satius erat hic uel tō iuxta nouæ Academiæ amplecti . Vereor ne molestum sit uobis audire tam inconditas nugas , alioqui exemplis hæc comprobarem non paucis . Interim partium studijs disceditur , aluntur odia , friget humanitas , cum à literis nihil abesse debeat longius rancore . Nam communia erant Musis & Gratijs quondam sacra . Horum studia , quæcunq; sunt , uel sola nutrit iuudia . Sic imbuti , quum ad sublimia Theologiam , Iuris scientiam , aut rem medicam effectis iam annis pedem mouent , quid aliud defectis ingenij uiribus , quam quod in ludo cōsucuerūt , agant ? Nugantur ergo , bis pueri senes : quanquā si cui paulò felicior est genius , lusisse pudet , sed nō incidere ludū . Porro uobis adolescentibus uestrā gratulor felicitatē , quibus benignitate optimi ac sapiētiss. principis nostri Friderici , ducis Saxoniæ , Electoris , cōtigit longe saluberrimis erudiri , fontes ipsos artiū ex optimis autorib. hauritis . Hic natuū ac

syncerum Aristotelem, ille Quintilianum rhetorem, hic Plinium tantum non ditissimum paedias, ac velut quoddam copiae cornu, ille argutias, sed arte temperatas, docet. Accedunt, sine quibus nemo potest eruditus censeri, Mathematica, item Poemata, Oratores, professoribus non proletarijs. Hæc si cognoveritis, ordine tractanda sint, certò scio et facilia, et admirandi profectus videbuntur. Puerilia studia, quæ appellant προμηθευτικα Grammatica, Dialectica, Rhetorica etenim discenda sunt, qua ad dicendum ac dicandum instructius fastigia studiorum non temere affectes. Iungenda Graeca literæ Latinis, ut Philosophos, Theologos, Historicos, Oratores, Poetas Iherus, quaquaque uortas, rem ipsam adsequare, non a bram rerum, uelut Ixion cum Iunone congressum in nubem incidit. Hoc quasi uiatico comparato, pa compendia, καὶ εὐπεπτωτε, ut Plato ait, philosophum accede. Nam in easum planè sententia, ut qui uel in signe aliquid, uel in sacris, uel foro conari, parum effeturum, ni animū ante a humanis disciplinis (sic enim philosophiam uoco) prudenter, et quantum satie exercuerit. Nolo autem philosophando quenquam gari: ita enim fit, ut communis etiam sensus tandem obliuiscare: sed ex optimis optima felige, eaq; cūd scientiā naturæ, tum ad mores formandos attinet. In primis hac eruditione Graeca opus est, que naturæ

scier

Scientiam uniuersam complectitur, ut de moribus appositiè ac copiosè dicere queas. Plurimum ualent Aristotelis moralia, leges Platonis, Poëtæ, atq; ijs sanè, qui & optimi sunt, & in hoc legi possunt, ut animos erudiant. Homerus Græcis fons omnium disciplinarum. Vergilius ac Horatius Latinis. Necessaria est omnino ad hanc rem historia: cui si ausim, me hercle non inuitus uni contulero, quicquid emeretur laudum uniuersus artium orbis. Hæc quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non, plenius ac melius Chrysippo & Crantore dicit. Hac nulla uitæ pars, neq; publica, neq; priuata uacare potest. Huic administratio rerum urbanarum domesticarumq; debet. Ac nescio an minore incommodo mundus hic noster sole, animo uidelicet suo caritatus sit, quam historia, ciuilium negotiorum ratio. Consensu maiorum nostrorum celebratum est, Musas ex memoria natas esse. Eo, ni fallor, significatum, ex historia omne artium genus mandare. Complector ergo philosophiæ nomine scientiam naturæ, morum rationes, & exempla. Quibus qui restè imbutus fuerit, ille uiam sibi ad summa munijt. Causas acturus habebit unde diuitem rerū ac amplam orationem condat: Ciuitatem administraturus, unde & qui, boni, iusti formulæ petat. Nimirum hæc philosophiæ cōmoda Demostheni, clarissimo oratori, uisæ sunt, quæ tam accurate eam adolescenti cuidam cōmendarit.

Philosophiæ
nomine quæ
cōplectantur.

mendarit, *μηδέ τις*: *reliqua ipsi in Erotico legit.* M. Cicero nusquam non dedit philosophiae primas: et audistis opinor, quid ille in comparatione Seruū Scepīj, et Quinti Sceuolæ iuris consult. quendam q̄o Romani cognominarunt, admirati ubere meo philosophicarum rerum scientiam. Verum quod ad Sacra literæ. sacra attinet, plurimum refert quomodo animum comparcs. Nam si quod studiorum genus, sacra profici potissimum ingenio, usu, et cura opus habent. Et enim odor unguentorum domini super humanarum disciplinarum aromata: duce spiritu, comite artium nostrarum cultu, ad sacra uenire licet, sicut ad Heraclianum Syncsius scribit, ἡγεμόνας, εὐθυμως Αἰδίνη φιλοσοφία χρέους ιε τὸ διπο μαθητού οὐ δικαστεῖ. Id si cui non uidetur, cogitet præter cætera et onychalcum à Tyrijs in templi Solymi fabricam collatis esse. Itaque cum Theologia partim Hebraica, partim Græca sit (Nam Latini riuos illorū bibimus) lingue externæ descendæ sunt, ne ueluti λαργά προσώπα cum Th̄iologis agamus. Ibi sc̄ splendor uerborum ac proprietas aperiet, et patescet uelut intra meridianæ bilia uerus ille ac genuinus literæ sensus. Proxime cum literam percepimus, sequemur elenchum rerū. Face se isti tot frigidæ glossulæ, concordantie, discordantie, et si quæ sunt aliæ ingenij remora. Atq; cū animos ad fontes cōtulerimus, C H R I S T U M

pere incipiemus, mandatum eius lucidum nobis fiet,
 & nectare illo beato diuinæ sapientiæ perfundemur.
 Ac cū in uineis Engaddi cyperū legcrimus, occurret
 spōsus saliens super montes, et trāsiliens super colles,
 ductos in palatia Edem, בְּשָׁמָן חַרְחַר succo liqui
 do, fragrante, impios animos diffluente munget, ac. ^{ideft. oleo}
^{diffuso.}
 morte osculi dignabitur. Illius membris inserti uiue-
 mus, spirabimus, uegetabimur, Sion contemplantes,
 & silentio ueruphiomus salem adorantes. Hic coele-
 stis sapientiæ fructus est. Eam igitur quām purissimè
 non interpollatum nostris argutijs colamus. Id quod
 qum aliquoties inculcat Paulus, tum in epistola ad
 Titum sedulò à Christiani hominis doctrina exigit,
 ἀλιαφθορίαν integratatem, hoc est, ne lubrica sit fides.
 Deinde σκυνάτη munditiam, hoc est, ne alienis lite-
 ris improbe sacra contaminemus. Opinor quod fu-
 turum sciebat, si sacrī prophana miscerentur, fore,
 ut simul prophani affectus, odia, studia factionum,
 schismata, iurgia consertim succederent. Promde qui
 diuinis initiari uolet, Adam illū ueterem exuat opor-
 tet, ut incorruptiblē Adam induat, hoc est, huma-
 nos affectus, ipsumq; callidi serpētis iugū supera uir-
 tute frangat, excutiat, ut in gloria Domini trāsforme-
 tur, in abyssū abyssus. Hoc sanè in causa erat cur dice-
 rem usū literarū destitutā Ecclesiam, uerā ac germanam
 pietatē traditionibus huminis alicubi mutasse.

• 4 • Post quartu

Postquam hominum commenta placere cœperunt,
et amore operum nostrorum uicti, pro Manna, Beel-
phegor gustauimus, homines, non x̄p̄isoi esse ceipi-
mus. Hæc uelim ita dicere uidear, ut sentio: sentio au-
tē omnino aliud nihil, quam quod Euangelice uer-
tati Ecclesiæ decretis probatur, eritq; mihi quod He-

Id est, scutum
& clypeus ue-
ritatis eius.

בָּנָה וְכַחֲרֵה אֶמְתָּה Iamne obscure
intelligitis, quantum sit in renascentibus studijs mo-
menti, quantum ad excolendas bonas mentes condu-
cant? Quem non miserescat superioris ætatis, que
tam clara luce studiorum deserta in orci tenebras, et
nescio quas feces literarum incidit? Quem non tangat
ingens nostri seculi calamitas? quod et uetusq; auto-
ribus nostratium incuria orbatum est, deinde quod hi
quog; lucrificissent ex bonis, ni perijssent illi, deside-
rat. Superest igitur iuuenes, ut audeatis: quanquam
ita se res habeat, et difficultia sint quæ pulchra suntia
men ita uincet industria difficultatem, ut longe mino-
re impendio bona quam mala uos sperem assequi-
ros. Deligunt uobis præceptores uestri que ex usu
est scire, fruola secernunt, atq; hi Latina quidem. Si-
mul cū Latinis Græca disci, et debent, et facile pos-
sunt. Modò succisiuas aliquot horas Græcis date, ego
faxo studio ac labore meo, ne opera uos uestra frusti-
tur. Statim enim ab initio difficultatem rei grammá-
ticæ optimorum autorū lectione temperabo, ut quod
illuc

illic regula, hic exempla doccent. Accedit obiter in autoribus interim quod ad mores, uel rerum secretarum scientiam pertinet: omnia si cotuleritis, pucheratime absoluunt orbem studiorum. Erit enim cur e mis his ut pro re, quae uidentur diligenter admoneam. Homerum habemus in manibus, habemus & Pauli epistolam ad Titum: hic spectare uobis licebit, quantum sermonis proprietas ad intelligenda sacrorum mysticæ conferat: quid item intersit inter interpretes Graecæ doctos & indoctos. In alijs nota mala pro bonis ducantur, in hoc negotio diutius citra iacturam impire non licet. Capessite ergo sana studia, & quod à poëta dictum est, animo uoluite, Dimidium facti que coepit, habet. Sapere audete, ueteres Latinos colite: Graeca amplexamini, sine quibus Latina tractari recte nequeunt. Ea pro omnium literarum usu, ingenium alent mitius, ac elegantius undequaque reddet. Paucis annis prodierunt in lucem qui uobis & exemplo, et stimulus sint. Videor enim uidere mihi tacitus aliquot locis resflorescere Germaniam, planaque moribus & communis hominum sensu mitescere, & quasi cicurari, quæ barbaris olim disciplinis effera, nescio quid immunc solita est spirare. Proinde locabitis operam, non modo commando uestro, eoque ad posteros propagando, sed omnino gloriae non intermorituræ principis omnium gentium consensu optimi, qui nihil afferendis

o 5 bonis

bonis literis habet potius. E quidē quod ad me attinet
nihil nō connitar, ne defuisse uel pientissimi principis
uolūtati, uel studijs uestris, optimi auditores, uidear.
Atq; hoc me nomine uobis Clarissimi uiri Academiae
Saxonicae principes addico ac deuoueo: uestrum est
adolescentiam mēā bonis literis consecratam, minime
malis artibus imbutā, deniq; in fidem uestram sedulo
cōmendatam, benigne officioseq; tueri ac conseruare.

D I X I.

A N D R E A E . C A M I T I A N O
S V O, P H I L I P P V S M E L A N
C H T H O N. S.



R A E F A T I O N E M, qua diui PAV
L I doctrinam p̄is ac studiosis iuue-
nibus commendauimus, ad tenu-
uissimè Andrea mitto. Non ut nostris te nugas
sacras literas adhortemur, (Ardes enim ipse &
flagras optimarū rerū studio) sed ut pignus ad
aliquid amoris in te mei, & amici pectoris te-
stimoniū habeas. Iam olim enim opto animū
tibi meū honesto aliquo exemplo testari. Ve-
rūm id hac lege mitto, ut officiū ex animo meo
inten̄s æstimes, nam ita non dubito amplissi-
mum fore munus. Sin ipso operis habitu me-
tiare, iam desperauit granā: neq; enim à me quis
quam

quā tale scribi potest, quod ingenio iudicioqz
tuo satisfaciat. Vehemente*qz* uereor Græcum
illud *λυπηρότερον*, qui tam pinguia delicateſſ. ho-
mini dedico. Quanquam ita optarim te præfa-
tioni meæ succenſere, ut eam grauiore oratio-
ne uinceres, adeoqz nobilitares. Id ut facias hor-
tor, etiam non tam mea, quam piarum litera-
rū cauſa, quas decet nos, quanta maxima pos-
sumus opera, ab impijs Sophistarū ſcholis ad-
ſerere. Me ſane casus magis, quam conſiliū ad
hoc argumentum tulit: Quod in cauſa fuit cur
breuius quam pro re dignitate ſcripſerim.

Vale. Vuittembergæ.

A D H O R T A T I O

A D C H R I S T I A N A E D O-

ctrinæ, per Paulum proditæ, ſtudium,

PHILIPPI MELAN-
CHTHONIS.



QVIDEM agnosco, Paulim&philosophiae ſtudium uobis commen-
daturus, rem me conari non pau-
lò maiorem uiribus. Quæ eſt enim
humana eloquentia, nēdū mea, quæ
poſſit, uel par eſſe Pauli laudibus explicandis, uel hoc
doctrinæ

doctrine genus adserere? quod, quantumvis magno Christianæ Republicæ malo, seculorum aliquot fastidit consensus, quem si usquā aliās, certe in literarū studijs, nisi non dolet dediscere quod semel imbibimus, pertinacissimè tuemur. Verūm, cū in pia causa nullus sit non laudandus conatus, non dubitauit audacius fortasse, quam prudentius, sed pie tamen, rem, quamvis impar, egregiam tentare. Nihil ætas, nihil tenetis nostra dehortabatur, quando non alius lusus hanc ætatem perinde decet, atq; qualecunq; rerum Christianarum rudimentum. Nam quod noluit CHRISTVS noster à se pueros arceri, quasi signo sublati adolescentiam ad suistudium inuitauit. Proinde, nisi nihil huiusmodi uotis proficitur, optarim mihi non imitabilem Periclis, aut Lysiae eloquentiam: Quoniam alterius labra Peitho insedisse uetus Comoëdia testatur. Alterum etiam ille iuxta Apollinis oraculum sapiens Socrates admiratus est: Sed illum ipsum vere flexanimum Paulinæ linguæ spiritum, diuinitus expeditari, et orationem nostram animaturum, et peccata uestra, ad cōplectendam cœlestem sapientiam, inflammaturum. Quid enim magis conuenit, quam de sacris rebus dicturos, diuini numinis opem celo deuocare? uos item me cum cōmunibus optate uotis, ut benignus Dei spiritus, radijs suis animos uestris collusfreret, et ad hoc philosophiæ genus præparat

quod

Peculiare adolescentiæ studiū, Christianæ literæ.

Precatio.

quod inaditū esse viribus humanis, uel hoc inditio est,
 quod paucis admodum post PAVLVM contigisse ui-
 demus: recentiores uero Theologos quos uocant, etiā
 obscurasse. Quod utinā audacius dicerem, quām ue-
 rius. Evidem, ut uelim Paulinam doctrinā non mo-
 nachis, aut Theologis tantum istis scenicis, sed uulgo
 etiam Christiano familiarissimam esse: ita puto ad for-
 mandam uitam, nullam sapiendi rationem accommo-
 datiorem, nullum certius ad felicitatem compendium
 esse. Primum enim ratione quadam ex doctrina opus
 esse, ad instituendam uitam, uel hoc argumento est,
 quod nulla priuatim domus, nulla ciuitas publicè, ci-
 tra legum usum administrari posse uidetur, ut literas
 in hoc repertas uerisimile sit, quo præscriptis, adeoq;
 duraturis legibus, paulatim gliscenti hominum cupi-
 ditati frenum iniaceretur. Extant uiuendi formulæ
 aliæ diuinitus proditæ, aliæ ab ingeniosis hominibus
 conscriptæ, quale est Hesiodi, item Homeri poëma,
 quales philosophorum commentarij, quales plera-
 que nobilium ciuitatum leges sunt, quarum memo-
 ria, historiarum beneficio, ad nostra tempora propa-
 gata est. Verum in his diuinæ leges tanto sanctiores
 sunt humanis, quanto propius effingunt tum autorē,
 tum archetypum omnium bonarum rerum: quem nō
 dubium est nusquam certius expressum, quām in ijs
 literis, quas suis ipse digitis, inestimanda benignita-
 te, lapi-

8. or. 5.
 Doctrina ad
 instituendam
 uitam neces-
 saria.

Hesiodi et Ho-
 meri poësis.

Leges.

te, lapideis tabulis insculpsit, præcepitq; omnibus po-
stibus, ædium uestibulis, fimbrijs item uestium inscri-
bi, et scopi uice, ob oculos interq; manus reponi, un-
de uitæ uniuersæ ratio peteretur. Iam et hochuma-
næ leges diuinis scripturis uincuntur, quod legibus

Euange- Euangelicæ literæ additæ sunt, quæ CHRISTVM ge-
lium. neri mortaliū exhibent, qui spiritum impertit, quo hu-

- mani animi adcensi, nihil nō cœleste, sua ipsi sponte
adfectent. Lex enim recti uiā monstrat. Sed honestū
animis humanis ille CHRISTI spiritus absolut. Adeò plane fieri nequit, ut solis legibus adiutus uitam
probè instituas. Neq; enim satis est uidere quid agas,
sed refert uel omnium maxime, quæ Euangelij far-
rago est, scire, unde animum petas legibus fauentem,
et honesti amantem: nempe quem à recti amore
naturæ genitus auocat. Etenim, si solis legibus hu-
manæ mentes ad uitutem incitabantur, non erat, cur
aut filius Dei carnem indueret, aut euangelicæ literæ
proderentur. Quare cum ad componendam uitam,
tum legū, tum Euangelij cognitio necessaria sit: cum
unicum salutis compendium, sit sacrarū rerum scien-
tia, quin omnes certatim animos diuinis literis de-
spodemus? siquidem sua cuiq; salus esse quam charif-
fima debet. Alia studia alijs uoluptas, alijs questus
commendat: hoc uero pijs omnibus instituenda uite
cura, adeoq; plus quam Diomedea necessitas. Porro
quid

qui c̄ ficticijs philosophorum, aut Theologistarū cōmentarijs uite formam peti posse censem, quām irreuerēter, quām impiè de diuinis literis sentiant uestrū esto iudicium. Nam si nostris inuentis, cōponi mores humani poterant, quid erat, cur legem ferret? suisq; describeret articulis Optimus Maximus Deus? cur omnibus postibus, fimbrijs etiam uestiū insculpi mandaret? idq; ne rationis nostræ censurā et consilia seclaremur. Nam hoc diserte additū est, ne nostras cogitationes sequeremur, ubi satis indicauit cœlestis legūlator, mendacem, uanū, ac futilem esse hominis captū, planeq; regendū, q̄eu Thcfeo filo Labyrinthum aliquem. Imò, si per se hominum animi ad uirtutem erigi potuere, quid erat, cur carne filius Dei, adeoq; æternus sermo, uestiretur? cur in uniuersum orbem terrarum euulgari præciperet Euangelium? cur æternus pater tam religiose commendaret orbi terrarum filij doctrinam? inquiens: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, IPSVM AUDITE.* Cur sacrosanctam philosophiam maximi hominestam studiōse literis mandarent? Et doctrinam suam cum tanti uelit fieri cœlestis pater, quid homunculi nostra iactamus somnia? quid ἀλαοσκόως Philosophiam NUGARVM REGNUM, uitæ formā appellamus?

Quin uidemus, quām insanis Philosophi dogmatis cœcitatem suam testati sint, dum in peruestiganda

rerum

In Theologis-
tas qui huma-
nas tradicio-
nes docent.

Philosophia
regnum ne-
garum.

rerum natura nusquam non hærent, nusquam nō hal-
lucimantur, dum de bonorum ac malorum finibus di-
sceptant: ubi hic uoluptatem, ille indolentiam, hic
iusticiam, ille gloriam, Stoicus falso nomine uirtutem,
Peripateticus multo ineptius uirtutis usum, adserit.

Socratis de philosophia sententia. Videbat ipse Socrates, nō esse certi quicquam in uni-

uerso Philosophiae genere, cum sapientiam suam uo-
caret αὐφισθετησίμων ὄντας. At hominū λεγολέξις, etiā
diuinis literis nostrorum temporum Theologi præ-
tulerc, quibus debemus, ut nihil hoc tēpore sint Chri-
stianæ literæ, nisi malicie quædam fallacis loquela,
ut ille apud Ciceronem ait. Adeò, quod doctrinæ ge-
nus diuinitus ad corrigendas, confirmandas, conso-
landasq; hominum mentes proditum est, friuolæ, ad-
do etiam indoctæ loquacium & impiorum Sophista-
rum καὶ βίσηδοι λέπρων ποντικῶν magna ex parte extinxer-
e. Vel contemni poterat, si quid uulgarium artium
interiisset, uerum eam disciplinam intercidere, qua
una est periclitantiū animorū portus & asylum, ad-
flictæ cōscientiæ solatiū, quis non deploret? Et his lite-
ris antiquatis, quibus solis muniri Christianæ res sole-
bant, quam tyrannidem in omnes hominum ordines

Ab honesto. satan exerceat sœuiens, etiam dicere horreo. Quon-
dam prudenter in administrandis ciuitatibus caueba-
tur, ne publicæ leges ignoraretur, nisi quis æneas de-
cemvirorum urbis Romæ tabulas, aut ligneos Athe-
niensium

nensium ἁγονο nescit. Et sapientissimus rex Minos,
 Louis, ut ferunt, ὀρπισίς, quotannis leges suas æri in-
 sculptas ter circumferri per omnem Cretam uoluit, ne
 non essent et uulgo notissimæ. Quid memorem, quan-
 tum operæ, philosophi dogmatis, sue quisq; factio-
 nis, ediscendis impendant? Pudeat Christianos quibus
 solis et Dei, et patris, et seruatoris sui salutaria pla-
 cita ferè ignorātur. Et qui tot regis hostri insignibus,
 nobis placemus, lauacro ~~ταλισματοις~~, item sacro pa-
 ne, illud ipsum negligimus, per quod unū proxime ad
 ipsum accedi potest. Siquidem, sermo maximi patris
CHRISTVS est, non alia ratione **CHRISTVM** cer-
 tius expresserint animi nostri, quam sacræ doctrinæ
 studio, in qua illius uelut in speculo relucet imago.
 Carnem eternus Dei sermo induit, ut et nos significa-
 ret diuini sermonis commerce ~~ἀπεριουδω~~. Id quod ele-
 gans quidam, et pius nascentis ecclesiæ Theologus
 testatur, inquiens, nos sermone ueritatis genitos esse,
 ut essemus primitiæ creaturarū. Quod si Christiana-
 rum mentiū alius est Euangelica doctrina, que uesa-
 nia, quæ impietas est hominū figura preferre? Et
 in saeculis uel maxime necessarij sunt ad formandum
 animum **P A V L I** commentarij: Nam cum alia uolumi-
 na leges prescribant, alia rerum gestarum historiam
 narrent, **P A V L U S** noster methodica quadam dispu-
 tatione eos locos persequitur, citra quos non admodū
τηνότισις:
P profuerit

profuerit leges didicisse: Nec prophetarum uaticinid,
nec Euangelicæ historiæ adiri possunt, nisi huius cō-
mentarios, ceu annē comitē ad mare, methodi uice se-
quaris. Nam, cū in trāclāda hominis natura, tyranni-
de peccati, legis regno, absolutæ uirtutis origine, ac
propagatione, sacramētis, cōsistat rerū Theologicarū
summa, unicus Paulus hos locos palam ob oculos mor-
taliū posuit. Breuiter, redēptionis nostræ gratiā, adeo
que C H R I S T V M ipsum ignoraremus, si P A V L U M
orbi terrarū Deus inuidisset. Neq; enim C H R I S T V M
nouisse, est historiam rerū ab ipso gestarū tenere, sed
agnoscere ingentia beneficia, quæ per ipsum in orbem
terrarū Opt. Max. Deus effudit: Spiritum scilicet, &
absolutæ uirtutis autorem, & arrabonē gratiæ, quem
antehac nesciebat mortalitas. Frustra diuinis legibus
animum deuoueris, nisi C H R I S T V M esse, PAULO
magistro, scias cum, à quo spiritus petendus sit amans
eorum quæ lege iubentur: deinde & qui, si quid p̄r-
ter legem, ut imbecillitas humana, deliqueris, igno-

Fructus Pauli
næ doctrinæ. scat. Frustra item Euangelicam historiam didiceris,
nisi historiæ scopos, & usum, illo monstrante, obser-
uaueris. Vbi de legis abrogatione, de peccato, de car-
ne, de spiritu, de filijs adoptionis, de libertate, de ser-
uitute differit, quid aliud agit, quam ut, ceu methodo
quadam, uniuersæ scripture lumen adferat? Omitto
quæ mysteria, quam sublimia doceat, ubi coepis in

CWM

cum attentius oculos defigere. Satis amplum enim frus-
 tum feceris, si uel à limine salutaueris. Nam quod ad
 confirmandas, et consolandas conscientias attinet,
 nemo PAULO, mea quidem sententia, preferendus
 est. Summa cura esto, ut in hoc discas, quò habeas uitæ
 formam ac regulam. Etenim, si disceptandi, et litigan-
 di gratia didiceris, uide quam facias atrocem sanctissi-
 mo uiro iniuriā, qui pacis adsertore, præcone C H R I
 S T I, qui solus uera pax est, tam fide abuteris. Nam Scenici
 quòd quidam Theologica ad scenam, ad vulgi plau- theologi-
 sum comparant, deplorandum magis quam insectan-
 dum est. Iam et ex P A V L O cognoscere licebit, qui
 fructus longe pulcherrimus est, inter Christianam
 doctrinam, et philosophiam proprie quid intersit,
 quòd ut ad prime necessarium est cognoscere quotquot
 in philosophicis studijs uersantur: ita neglectū video à
 scholasticis doctoribus in uniuersum, qui è Theologia
 nobis nō aliud fecere quam, illā Græciæ hircissantem
 anum, philosophiam. De quo discrimine ipse quidem Philosophia
 hoc loco dicerē, nisi dehortaretur argumenti difficul- haüs Langdē-
 tas. Verū, hoc uelim omnibus Christianis mentibus G.
 persuasum, prorsus aliud esse Christianismum, quam
 uel philosophiam, uel nostrorum hominū Theologiā.
 Alia ad uirtutem uia est, aliis honorū finis, alia homi-
 nis uerū. quam præscribit P A V L U S, quam que
 philosophorum scholis docetur. Misera remp. Chri-
 stianam,
 p 2

stianam, quæ ipsa sui oblita, in alienas scholas detrusa est, imò, quæ, iuxta scripturam, contubernio Moabitudum alienam linguam, oblita patriæ, didicit. Quam calamitatem non uideo cui debemus, nisi insanis istis Magistris nostris, qui se imperitæ plebeculæ, eminentia doctrinæ titulo, uenditant. Prætereo, quam adcurate formet PAVLVS, omnes hominū ordines, principes, Episcopos, iuuenes, senes, matronas: Nam hæc fortasse cœmuniabit cū alijs sacris scriptoribus. Hanc sibi laudem propriæ uindicat, quod gratiæ originæ ac propagatione, adeoq; peccati ex legis uim excusit, quos potissimum locos ab eo requires. Atq; hæc omnia, quam graui, quam dilucida, quam elegati orationi persequitur? Breuiter quidem, sed ita ut nihil desit, ut nusquam non satisfaciat. Periclis oratione, aiunt, solitam in auditorum animis tenaces quosdam aculeos relinquere. Huius dici non potest, ut flectat, ut uerset, ut rapiat, ut inflammet legentis animū. Dolet conscientia, consolatur. Sollicitat cupiditas genialis, uocat in uitam, retinet nefrena laxes ægredenti animo, illum ipsum ostentat CHRISTVM, qui seruet: Deniq; quicquid morborū animum fatigat, ab hoc pete præsentaneū remedium. Neq; ulla tam efficax Panacea est, quam Paulina oratio, nullū aduersus ueneficia tā salutare Moly, q; aduersus animi morbos PAULI doctrina. Platonicū Charmidens morbo, nescio quo, Ichneuthrus Socrates, duplex indicat

Pauli elo-
quentia.

Epoda So-
crauca,

indicat remedium: ex radiculam quandam et incantamentum, censetque parum profuturam radiculam citra incantamentum, seu, ut Platonico utar uerbo, citra epoden. Porro, radiculam interpretatur temperantiam, epoden philosophicam doctrinam, sine qua, quancunq; uitae rationem in eas, incertam et instabilem putat futuram. Quanto amplius pretium operae facturus es, si morbis animi medicatus, PAULI doctrina utaris, tanto quibus suis epodis efficaciore, quanto diuini spiritus uis, humanis praestat omnibus. Sunt animi morbi, tum carnis cupiditas, tum male conscientiae mentis pauor, quibus, quando nemo, ut PAULVS, medetur, non est cur alterius desideres epodas. Nam, saeuientia cupiditatem, alij per leges coercere student: Hic CHRISTUM illum nostrum exhibet, qui in hoc carnem induit, ut expiaret: Neque praecepit modo imperandum animo, sed eum ostendit, qui uires addat periclitati. Iam uero uel unum profer qui docuerit, quomodo male conscientiam mentem id quod plurimum in rebus Christianis refer, consoleras. Non nego esse locos, quibus adflictam conscientiam consoleris, et in reliquis scripturae uoluminibus, sed subobscuros, et quorum nullus usus futurus erat, nisi a PAULO illustrati essent: In humanis doctrinis nego esse in uniuersum, qui sauciare menti mederi possit. Imo quid agitur aliud scholici doctoruli, quam ut adflictam conscientiam prorsus excarnificant et enecet? id quod

p 3 est

Paulus unic
cus male cō
sciæ mentis
consolator.

est cernere in formulis casuum, summis, quas uocant, in satisfactionum aduersarijs, et nescio quibus nugis alijs: Sauciant et male sane Pontificū constitutiones, ut iures uerius sanguine scriptas Pontificum, quam Draconis Atheniensis, leges. Quod genus doctorum apte uocat Hieremias Aspides, quae nullo carmine um ci queant. Quanquam bone Deus, nusquam meliorem nauasse operā sibi scholica Theologia videtur, quam Peroratio. in conscientiæ censura. Proinde, iuuenes CHRISTO inaugurati, Paulinæ Philosophiæ animos addicite, nisi non est uobis salus uestra curæ: Hinc formam Christianæ uitæ, hinc animorū solatia, hinc rerū omnium tum diuinarū, tum humanarū iudiciū petite. Etenim, iuuentutē in primis refert, nihil antiquius, nihil prius ducere Christiana disciplina, è qua ceu uiaticū feliciter transigēdæ uitæ, paret. Neq; enim fieri potest, ut probœ instituas uitā, ut feliciter trāsigas, nisi Paulinis adiutus literis, aduersum insidias pertinacissimorū hostiū Satanæ et carnis. Reliquas artes omnes uel cōtēnere licet: Paulina, nisi spē omnē salutis abiecisti, negligi non possunt. Et Episcopos admitti decebat, ut hac tenerent, nō modo qui studiosi uocātur, sed plane universum Christianū uulgas. Decebat Academias nihil maiore cura ac studio docere, quā hoc genus pias literas, quas, barbara et cōfusanea disciplina, philosophiā isti emētit o titulo uocāt: forensibus itē litibus, et sordi-

da quadā philosophicā emula, Theologia, maiores nostri mutarūt, χαλκία, si dijs placet, χυσεώ. Ipse magno animi dolore, nihil aliud video Academias esse, q̄ tēpla Tophet, et funestā filiorū Ennon uallē: nempe exulantibus Christianis literis. Habuerūt Athenae ex Ariopago, habuit Sparta paedonomos, qui adolescētiā optimis quibusq; modis formabāt. Et hi quāto felicius Ethnici iuuentutē erudiere, q̄ nostrorū temporū Academiæ? Quim uosipſi, studiosi iuuenes, rē capessite, fauebit ita conatibus uestris, ut etati, cœlestis sp̄iritus: et CHRISTVM nusquā euidētius expressum, q̄ Patulinis literis, aſſiduo cōtēplamini. Nullus Deo gratiōr cultus, nullū magis pium exemplū, quām in piis literas uelle trāsformari. Et res ipsa ſemel tētata, ſuis uos illecebris, ita capiet, ut deserere nō libeat: Nā cum perſeſe bonarū rerū cognitio iucūda ſit, Christianarū etiā ſalutaris eſt, ut nihil dubitē multis nomirūt us iucūdiſimū fore P A V L I ſtudiū, ubi ſemel deliberaueritatis. Fama eſt, Aegyptios gentē ſine exēplo ſuperstitiōfam, nouo quotannis uere legū ac literarū ſuarū autori Mercurio quondā ſolenne ſacrū feciſe, multitudinē undiq; cōfluente publica epulatione, melle ſicuq; operatam. Sacri uetus ſtatē ritus arguit: Nam et aureo illo, quod uocāt, ſeculo, publica ferē cōuiuia, ſacrificia ſuere, et opimae Deorum hostiæ mel ac ficus, quorum uifum deinde et in uilāris mansiſe tradūt. Inter epulandum

Dulcis Veritas.
*I*landum letæ uoces iactari solitæ, et quasi Pœan quidam Marcurio cantari, neutiquam in conditiū carmen
 quicquid nō aliquid. Quia uoce haud obscure declarauit Aegyptus, quād grato pectore Mercurij leges et instituta cōplexa fuerit. Eodē Pœane magna mihi spes est, Pauli doctrinā uos, ubi degustaueritis, celebraturos. Cui enim iustius, quād qui Christiana, eademq; optime et gratiosissime docet, decatari queathic hymnus
 quicquid nō aliquid.

FINIS.

SIMONI GRYNAEO SVO

PHILIPPVS MELAN-

CHTHON. S.

VS V COMPERIMVS, eam esse optimarum rerum conditionem, ut uulgo ferè fastidiantur. Nam cum literis nihil neq; melius, neq; pulchrius habeant humana: tamen uix paucos, diuino haud dubie beneficio nuper restitutæ, admiratione sui cœpere. Etenim quod Pindarus optimam rerū aquam, & pulcherrimam possessionem aurum esse cœcinit, næ ille, nisi multitudiniq; auribus inservisset, rebus omnibus literas antetulisset. Neque enim quicquam est cuius uel usus latius pateat, uel dignitas harū amplitudinem superet. At ea

et

est uulgi amētia, ut nō aliud perinde contēnat,
 atq; elegantiorē literaturam: eamq; cum uide-
 rem hoc potissimū tēpore nostris sordere: bre-
 ui declamatione laudaui. Institueram equidem
 pro eo ac res merebatur, iπίλεξη copiosiorem.
 Sed cū immorari non liceret, malui qualicunq;
 oratione euocare in uiā studiosos, quām cau-
 sam literarū, ut Græce dicam, Αιχθαφερη, planēcēp
 accidit, ut cum amphora, iuxta Poëtam institui
 cœpisset, currēte rota urceus exierit. Verū quic
 quid hoc est operis, tibi, mī Simō, ppter incre-
 dibilem amore tuū erga meliores disciplinas,
 dedicare uisum est, ut uel tuo exēplo nōnullos
 ad literarū studium inuitē. Vale. Vuitembergē.

D E S T V D I O ARTIVM DICENDI, PHIL- LIPPI MELANCHTHONIS DE- CLAMATIO.



VEMADMODVM Hesio τάλος
 do dolet, nescire mortales a simili.
 quantū ē Malua ē Al-
 bucum adferre cōmodire
 bus humanis queant, ta-
 met si uiles herbæ: Ita nos
 quoq; non nunc primū
 querimur, ignorare adole-
 scentes.

scentes, quantum momenti habeant ad solidam eruditionem parandam dicendi artes, quae in speciem nihil profitentur eiusmodi cui uulgas adplaudat, ceterū utilitate facile res humanas omnes uicerint. Neq; enim usquam quicquā est in tota rerū uniuersitate, unde ad mortales ampliora cōmoda, quam ex hoc artiū genere redeant. Sed cū earum pretiū iuuentus ignoret, fit, ut plerisq; sordeāt, minimeq; dignæ iudicētur, quibus descendis operā nauent. Præclarū est Philosophum dici magnificū, iuris cōsultum audire: Theologiconomine, nihil hoc tēpore ad uulgas plausibilius est: dicendi artium tanquā Megarensium, nulla ratio habetur. Propterea uisum est, hoc loco ostendere, quæ res maxime nobis earū studium cōmendare debent. Atq; hic mihi uel Pericleā uim optarim, dum stultam iuuentutem in uiam reuocare cōtendo, quæ elegantiorē literaturam partim errore cōtemnit, quod ad reliquias disciplinas comparandas inutilem esse censet: partim inertia, fugit. Est enim et literarū, perinde atq; aliarū bonarum rerum ea natura, ut sine summo labore nemini cōtingant. Notū enim illud est: Difficilia esse, quæ pulchra sunt. Quanquā quia rationē subduxerit, quantulonegocio, quantū lucri faciat, qui cōmodorū magnitudinē ob oculos posuerit, hūc nullæ res quantūvis dure, ab harum artiū studio deterruerint: quas, nisi cognorū, ne dici quidē potest, quam infeliciter reliquias discipli

nas tractaturus sis. Proinde æquis animis audite, quæ me rationes adduxerint, cur elegantiorē literaturam rebus humanis planè necessariā esse iudicē. Primum, nemo tam uæcors est, qui nō uideat nobis certa quadā loquendi ratione opus esse, qua dilucide explicemus animorum nostrorū sensa, quacunq; de re uel publice, uel priuatim agendū est. Fortasse ridiculum fuerit hic disputare, quām necessarius homini sermo sit. Nā qui literas cōtemnunt, neutiquam uideri uolūt homini sermonem adimere, sed orationis cultū aspernatūr. Proinde quantum referat, certam loquendi rationē teneri, paucis indicabimus. Nam quirede rem æstimare uoleat, is intelliget non ita muliū interesse, mutus sis planè, an artem ad dicendū non adhibeas. Neq; enim fieri potest, ut quæ sentis, sic exponas ut intelligi queāt, nisi arte loquendi facultatē et pares, et cōfirmes. Usu enim cōpererunt prudentes uiri, nihil esse difficilius, quām dilucidè ac perspicue de re quapiam dicere. Primum enim nisi uim pondusq; uerborū dicendo tucare, orationē tuā quā adsequetur auditor? Nā cū usu, uelut numi, uocabula probentur, receptis utendum est: quæ quia eloquētes homines, quasi per manus posteris tradidere, obscuritate uacant. Superiore seculo, cū suasib; quisq; uerba cuderet, et peregrina latinis miscerētur, eiusmodi cōflata est oratio, quæ ne ab illius quidē ætatis hominibus intelligi potuit: tanū abest, ut posteri-

tab

tas adsequatur. **Q**uis enim Scotū, aut eius farinae alii scriptorem hoc tempore intelligat? Deinde uix exercitatisimi præstiterint, nec ubi structuram orationis, ac phrasin uiolent: quæ si uictiata fuerit, necesse est orationem obscuriorem reddi. At hic quā multa efferūt in proprietate etiā eruditis? **Q**uoties absurdis ac inceptis metaphoris sermonē obscurāt? **Q**uis enim Apuleium, ex huius simias ferat? Sed recte Apulcius, qui cū asinū representaret, rudere potius quā loquimāluit. Postremō, ut uerba phrasinq; satis noris, difficillimū tamen est, suo quæq; loco distribuere, alia deprimere, alia attollere: quædam breuiter astringere, aliās euagari libe rius: quædā dissimulare ac tegere, alia promere, ut tā quā inter umbras lumina extēt ac emineat. Est enim eloquētia omnino amplius quiddā, quā tumultuaria uerborū cōgeries. Verū uideo errore labi iuuentutem, quæ cū nesciat eloquētiæ cum uim, tum naturā, nō arbitratur preciū aliquod opere fore, cur eā sibi maiore studio contentionēq; paret, ex laudari à nobis profsorculis putat uulgari more, quemadmodū sua unguen ta solent Pharmacopolæ: nec optimorū prudentissimo rumq; hominū autoritate cōmouetur, qui ad illius studium una uoce adolescentes, ex cōmuni classico inui-

Excursus. tant. Misera m̄ hominū conditionem, quando, ut queq; res optima est, ita longissime à cōspectu nostro receperit minimēq; agnoscitur. Nec dubitarim ego quin si och-

His cerni posset eloquentiae dignitas, mirabiles, ut ille
 ait, amores sui excitaret. Sed cum casu iuuentus, non ra-
 tione uiuat, temerario quodam impetu ad ea delabitur,
 quae uulgò maxime celebratur. Quare si quis est non
 imprudens rerum estimator, is apud se expendat, pri-
 mum, nihil esse cuius usus latius pateat, quam sermo-
 nis comoda. Omnis hominum societas, ratio uitae insti-
 tuendae publice ac priuatim, conquirendorumque omniū
 quibus uitam tuemur, denique commercia omnia sermone
 continentur. Deinde persuadeat sibi neminem ad po-
 site ac dilucide de ulla re dicturum esse, nisi qui arte qua-
 dam, imitationeque optimorum et magna cura oratio-
 nem ea lingua qua publice utimur, formarit. Quod
 ubi animaduerterit, haud dubie nihil prius, nihil anti-
 quius habebit discordis loquendi artibus. Siue enim co-
 filio alij iuuandi sunt, siue docendi, siue tuendum est
 dogma aliquod, siue de iure, et quo, ac bono differendum
 est: nihilo plus efficias, quam ut scenis mutae personae
 solent, nisi arte elaboratam orationem attuleris, que
 res obscuras tanquam in lumine collocet. Non ignoro Occupatio-
 esse, qui elegantiam à recte loquendi ratione separant,
 nec referre putant modo rem indicent, qualicunque ora-
 tione utantur. Qui si rem proprius inspexissent, neuti-
 quam ad scititium et superuacaneum ab eloquentiae
 professoribus fucum requiri iudicarent. Ipsa orationis
 puritas, nativaque facies elegantiæ est: quam nisi tueare-
Elegantia
quid.
non

non modò non ueniste aut inquinate, sed impropre, obscure, ac inepte dixeris. Et quemadmodū in fingeris corporibus ea demū elegancia est, ubi iusta proportione membra omnia inter se consentiunt: si quid secus facias, monstrosum erit: Ita, cum germanam orationis speciem nouā cōpositione deformaueris, monstrosum planè ac ineptam facies. Picus in epistola qua barbaris philosophiae scriptoribus patrocinatur ludens credo in ἀλόγῳ argumento, ex elegantiam à rectè dicendi ratione separat, ex explicari res qualicunq; oratione posse censem. Huic equidem nihil succenso, qui barbariem nō magis ex animi sentētia tuetur, quam febrim Fauorinus laudabat. Hoc miror, esse quibus tam fruile argutiæ serio persuaserint, nihil referre, quomodo loquamur. An uero rectè corpus imitabitur pictor, si nulla ratione penicillū regat, si temere feratur manus, nec ducantur arte lincæ? Ad eum modum nec animi tui sententiam alijs ob oculos posueris, ni proprijs ex illustribus uerbis apta uocū compositione iusto sententiā ordine utare. Nam perinde atq; corpora coloribus, animi sentētiā oratione repræsentamus. Quare necesse est dicendo certā aliquam imaginē arte cōcipi, quæ discernat inter se tanquam uultus sententiarum. Fligitiū est, si quis uiae ignaro, deuīā semitam mōstret: At qui rectè dicendi cura uacāt, quoties lectorēm à via abducunt: quoties unius uerbi abusu ludificātur? Non semel

semel imposuere in philosophia, in sacris literis solœ- 2. Cor. 1.
cismi nostris interpretibus. Quis enim omniū, PAV-
LI sententiā in Corinthijs adsecutus est, ubi Grilli isti
elegantiae cōtemptores, uerterūt, Ex multis facierum
personis, &c. Quæ Augustinū tempestas aufert, quo
minus propositū teneat in enarrādo eo quod est apud

Ioannem τὸν ἀρχὴν δὲ καὶ λαλῶν μητρ; Hoc genus extant
innumerā paſſim, ubi mediocriter etiam eruditos bar-
barismi ſefellerunt. Adeo non quoquis orationis gene- Ioan. 8
re lectori ſatis feceris, ſed cura studioq; paranda facul- Id est, princi-
tas eſt, qua animi tui ſentētiā perſpicue aliorū oculis
ſubijcere poſſis: omniaq; commode quæres poſcit elo- piū qui & lo-
qui, id eſt elegāter dicere. Quin igitur helleborū pro- quor uobis.
pīnamuſijs, qui uenustatē orationis fastidiunt, adeo
à cōmuni hominū ſenu alienis, ut ne quidem, quid lo-
qui ſit, intelligent? Peperit elegantia neceſitas, quod
& barbara omnia incerta ſunt: & quæ oratorijs or-
namentis illuſtrata ſunt, clarius percipiūtur. Nam in
hunc uſum adhiberi ſchema Fabius ſcripsit, neq; un-
quam ueram ſpeciē ab utilitate recte diuidi ſentit. In ſa-
cris libris, ut interim prophanos omittā, quid quæſo
deſideras rhetoricoř ſchematum? At his opinor non
uſuri erant Prophetæ, ſi nihil ad rē facere iudicaffent.
Videtis quæ ratione uobis eloquētiæ ſtudia cōmendē,
quod, nec exponere quæ uolumus ipſi, nec quæ à maio
ribus recte ſcripta extāt, intelligere poſſimus, niſi cer-
tam

nam dicendi normam perdidicerimus. E quidē non iū-
deo quomodo alijs hominum uice futuri sint, qui, nec
quæ sentiunt, explicare, nec quod recte dicitur, aſequi
queunt. Quare ut nulla sit eloquentiæ dignitas, nulla
gratia: tamen ea uis est, ut non igni, non aere, ut aiunt,
non aqua pluribus in locis utamur. Quomodo enim
consistant res humanæ, si legum sacrarū & propha-
narum patrocinii eloquentia deserat: si nec publicis,
nec priuatis consilijs oratio, quæ intelligi posse, adhi-
beatur: si res gestæ nullis literis ad posteros transmit-
ti queant. Ecquod uestigium humanitatis in tali repu-
blica reliquum fuerit? Porrò ab hac quantulum dista-
bat ætas superior, quum sacrorum librorum sermonem
prope nemo iam intelligeret, quotidieq; stultorū So-
phistarum arbitrio figerentur ac refrigeretur sacre le-
ges. Res gestæ illorum temporū æternis obrutæ tene-
bris iacent: nemo enim erat, qui eis literarū lumen ad-
hibere posset. Disciplinæ omnes, dicēdi genere sic ob-
scuratæ sunt, ut ne doctiores quidem ipsi quid profite-
rentur satis compertū haberent. Digladiabantur in-
ter se de figuris sermonis Philosophi, tanquam in te-
nebris Andabatæ, nec quisquam à domesticis suis pla-
nè intelligebatur. Recte ille ἀνάχαρον ταῦτα ὀδυνάοισε
λοικίοις, ἀθηναῖς ταῦτα ὀκύβους. At isti domi sue ἰοδι-
κιζοπ, suamq; singuli dialectō mira libertate cōminisce-
bantur, lures eis uoluptati fuisse, non aliter atq; Hera-
clito

elito illi, cæteris mortalibus tenebras offendere. Iam cum minime obscurum sit, quanti nobis eloquentie contemptus constiterit, cur barbariem non abominamur tanquam nocentissimam pestem? cur non magno consensu è scholis exibilamus? cur ipsi nobis tantisper inuidemus eloquentiam, qua nihil melius, nihil amplius in terris hic Sol uidit? Haec tenus docuimus quæ cogat necessitas certam dicendi ratione sectari ac tueri, quæ si quem parum mouet, ei uero multò iustius asini auri-
culas dij addiderint, quam Midæ. Accedit huc non con-
temnendus studiorum eloquentiae fructus, quod earum artium usu, quibus eloquentia continetur, excitantur,
erudiunturq; ingenia, ut res humanas omnes pruden-
tius dispiciat: neq; proprius umbra corpus adseclatur,
quam eloquentiam comitatur prudentia. De rebus hu-
manis adhuc loquor, de sacris postea. Videbant inter
se maiores nostri haec duo, bene dicendi scientiam, &
animi iudicium, natura cohærere: quare & non inepti
quidam orationem esse dixerūt, explicatam animi ra-
tionem. Et Homerus poëta ijsdem eloquentia ac pru-
dentiam tribuit: mitto iam alios, Vlyssi, cuius oratio-
nem hybernis niubus comparat, utrumq; uno uersti-
culo adscribit, cum inquit:

Σοὶ δὲ ἵν μέρη μορφὴ πάτερ, τι δέ φέρεις οὐδελαί.

Nec tempore mihi quo minus recenseam, & Lat-
e ab eruditio quodam expressum,

Argumentum
a fructu.

Oratio quidam

Mente uales, iuncta est facundis gratia dictis.

O' diuinam sententiā, multoq; digniorem quæ inuenilibus pectoribus solicite inseratur, quam Delphica aliquot scita. Quid enim spectabat aliud optimus sonex, quam sic inter se copulatas esse prudentiā ac eloquentiam, ut diuelli nulla ratione possint? Atq; utinam sibi omnes adolescentes hunc uersiculum propositum putent, quorsum tanquam ad scopū omnia studia sua, rationesq; dirigant: sentiantq; sibi omnē operam, curram, industriam, cogitationē, mentem deniq; omnem in his artibus parandis fingendam esse, quarū Homerius haud dubie eam ob causam mentionē fecit, quod uideri omnium rerum humanarū, ut sunt, ex pulcherrimas & maxime utiles uoluit. Quid in consilio fuisse censem ueteribus Latinis, cur dicendi artes humanitatem appellari? Iudicabat illi nimirū harum disciplinarum studio, nō linguam tantū expoliri, sed et feritatem, barbarieq; ingeniōrū corrigi. Nā cultu perinde ac pleriq; sylvestrē indolem exuūt, mansuescunt ingenia cicurāturq;. Duæ sunt autē causæ, cur recte dicendi studio animi iudiciū acuatur. Prior est, quod qui ijs artibus operā dant, ad eiusmodi scriptorū exempla se cōparent, necesse est, qui in maximis rebus gerendis, ac tractandis uersati summam prudentiam usu consecuti sunt: quorū commercio fit, ut nonnihil iudicij contrahant letores, ex tanquā qui in Sole ambulant, colorib-

Dicendi artes
cur huma-
nitatis dicta.

Lectio.

studio animi iudiciū acuatur. Prior est, quod qui ijs artibus operā dant, ad eiusmodi scriptorū exempla se cōparent, necesse est, qui in maximis rebus gerendis, ac tractandis uersati summam prudentiam usu consecuti sunt: quorū commercio fit, ut nonnihil iudicij contrahant letores, ex tanquā qui in Sole ambulant, colorib-

118.

tur. Solet enim iuuenilibus ingenij exēplar aliquod rectè dicendi, sentiendiq; proponi, unde & uerborum uim, & orationis structuram, & explicādi figurās dīscant. Nā et dicendi rationē, perinde ac ceteras artes, imitatio adiuuat. Neq; enim uerisimile est, pingēdi arti tantū ab Apelle uenustatis, gratiæq; adiici potuisse, nisi fingendorum lineamentorū rationem multò antē ostendissent ij, qui primū μυροχώματα, deinde & λατάχωφα pinxerunt. Sic & ex optimis scriptoribus cōcipienda est certa quædam & dicēdi & iudicandi ratio καὶ ιδία, quam sequaris, quacūq; de re differendū fuerit. Proinde qui disertos scriptores in manib; habent, secum expendant, quid in quoquis potissimū mirari, laudare, imitariq; deceat. Primi omnium sunt, ad quos cognoscēdos inuitatur iuuētus, poētæ ac historiici, quos qui uoluptatis tantū causa, perinde atq; in cōuiuijjs cytharistrijs accersunt, nā illi summorū hominum aestimationē grauiter ledūt. Nam et prodeſſe illi uolueret, & bonas mentes optima potissimū delectant. Est itaq; ab illis & dicēdi forma petenda, et obseruan- dū quid de cōmunitib; rebus ferè iudicauerint. Sæpe ridere soleo Græcorū Grammaticorum uulgi, qui ad physiologiam totū Homeri carmē referunt, mireq; si- bi placent, cū noua Metamorphosi, belli nugatores, ex Ioue æthera, ex Iunone aëre faciūt: quæ ne per febrim quidē, unq; somniaturus erat Homerus. Quāto satius

Qui autores
legendi.
Poetae.

De Homero.

q 2 fuerat

fuerat ea ostendi, quæ ille lectoribus propriè admira-
tioni esse uoluit? proprietatē ac lucem in explicando,
carminis oris uulgi ap, cū uaria cōfilia, uarios casus miro
ordinē recēset, cū aptas occasiones nouis euētibus ac-
cōmodat, quanta decōri seruandi cura, quanta sit item
uerborū ac figurarū copia, uarietasq; ijs locis in qui-
bus detineri lectorē uolebat, q; minime frigida sit aut
iciuna seditionis descriptio in secūdo Iliados: nam ex
motus eius occasionē, ex ipsum uulgi furorē, ex sedi-
ciosas quorundā conciones qui multitudini frigidam,
quod aiūt, suffundebāt, ex Thersitae mores, morumq;
argumentū, formam: duas item grauiissimas eorū ora-
tiones, qui multitudinis animos sedabāt, in quibus ue-
bementior est Ulysses, lenior Nestoreus. Bone Deu, ex
perspicue, quām grauiter tractat: nec rectē dicendi ar-
chetypū facile usquam reperias hoc loco absolutorē
cuius elegantiā uirtutesq; omnes is demū propius cer-
nēt, qui imitari ex primere stylo conabitur. Case
enim putas Homerū temerē à M. Cicerone planē orat-
orem uocari, aut incōsultē scripsisse Fabiū, excellere
hunc poētā oratorijs omnibus uirtutibus. Iam queſe-
na, res humanas uerius repræsentauit, quām Homerū
carmen? ut fieri nequeat, quin obiter ex rerū admir-
atione tāgamur, quū dictionem cōsideramus. Offerunt
se ultrō spectanda morū exempla, principū uulgiq;
adfectus, uariarū gestarū cōfilia, quibus nisi erudit
primis

animos Archesilaus sensisset, nunquam amasiū suum Homerū uocasset. Mihi quidem omniū quæ hominum ingenia peperere, nullū prudentius Homericō scriptū extare uidetur. Nec dubitarim adfirmare, quod Horatius censuit, Homerū, quid rectum, quid utile sit, melius Cryſippo & Crantore docere. Quæſo qui potuit regum temeritas festiuſius notari, quam cū fingit ſomnio commotum Agamemnonem, uniuerſum exercitum Græcum in diſcriſmen adducere? Conſtat enim quam ob friuolas caſas nonnunquam omnia miſceant priſcipes. Quid in Achillis clypeo? non ne rerū elementa, & clarissima ſydera, præterea horū poſitus etiam ac meatus graphice deſcripsit: unde poſtea philofophi diſcretiendi coeli rationem accepere? Nam et eodem loco circumagi Arcton inquit, nec unquam occidere, et ē regione illi oppoſitum eſſe Oriona: quaſentētia bonam Astronomiae partem cōplexus eſt. Quid quod ibidem & pacis cōmoda, & belli ærumnas inter ſe conſert, cum duas urbes alteram pace florentem, alteram bello uastam depingit? quo magis iniuiſum, opinor, bellum rem pernicioſiſimam optimo cuiq; faceret. In pacata urbe nuptijs locus eſt, exercentur iudicia, agūtur cauſæ, admirationi ſunt oratores. In altera iugulantur liberi, ſilent leges, mutū eſt forum, poſtremò miscranda eſt omnium rerū ciuilium uastitas. Quid cedo potuie hoc cōmento excogitari prudētius? Neq; enim plures

Syderum no-
menclatura
apud Hom-
rum.

q 3 Homeri

Homeri locos hic attingere uisum est. Tantū hos indi-
caui, ut studiosis adolescentibus fidem facerē, honorū
scriptorum cognitione, non os tantum ac linguam, sed
peccus etiam formari. Id opinor in consilio quondam
Græcis fuit, cur Homerū familiarissime notū esse suis
hominibus uoluerint. Solon enim et Pisistratus lege co-
stituerūt, ut illius carmē ordine digereretur. Nam au-
reo illo seculo adhuc suarū partium principes esse sen-
tiebant, præstare, ne quod utile scriptū intercederet.
Nunc regiū nihil est, nisi idem sit οὐρανός. Mox insi-
tuū est ut Rhapsodis seu Homeristis, publice in thea-
tris decātaretur Homericū poëma, ut diuino carmine
iuuenium aures ad siduo personarent: essetq; semperim
promptu recte dicēdi, iudicādiq; regula. Felicissime cū
Virgilius. Homero certuuit ex Latinis Virgilius: planeq; pars, ni
si fallor, utriq; laus, siue dictionē spectes, siue sententiā
rum grauitatē, debetur. Quid Tragici, quam malis
exēplis Tyrannorū mores et fata proposuere? Quid
comoëdia, nisi priuatæ uitæ speculum? In uniuersum
quid præstare studiosis poëtica posse, indicauit Fa-
bius. Ego figurarū copiam præcipua nostræ orationi
suppeditare uideo, uarietateq; rerū animos tū erudit, ■
tum delectare. Historia iudiciū formari, dicēdiq; fa-
cilitatē augeri Demosthenes censuit, cū Thucydidem
ad eō familiarem sibi fecit, ut oclies etiam descripsent.
Amauit Xenophontē Cicero. Et cū uniuersa historia

λατινία quædam sit, uarias constituendarū rerum publicarum formas adumbrat. Nam ut hic nihil aliud dicā, quid admirabilius est τῶν πολιτειῶν collatione apud Herodotum, ubi Persarum satrapæ alij δημαρχιαπ, alij ὀλιγαρχιαπ, alij μοναρχιαπ, probant. Quo loco uides grauiſſimum scriptorem morbos omnes, uitiaq; ciuitatum, uelut in tabula depinxisse. Verū nemo tam imprudens est, qui nō hoc consilio animaduerterit cōſcriptas esse historias, ut omniū humanorum officiorum exēpla tanquā in illustri posita loco cerneretur. Quæ ſinihil ad erudiendos excitandosq; mortaliū animos conducunt, quid fuit cur Scipio ſenſcrit ſe clarorū uitrorum imagines intuentem, ad uirtutem accendi?

Oratores cū reſpublicas admiſtrarint, et in iudicij uerſati, de iure, & quo ac bono tam multa diſeruerint, conſentaneum eſt pleraq; utiliter monere. Quis enim philoſophiæ moralis locus eſt, quē nō attigerint Demosthenes ac Cicero: optimā πολιτείᾳ, nemo philoſophorū ſic ξεωχειφυσε, ac illi in actionibus ſuis, cū in improbos ac ſeditiosos ciues: tanquam ferrum, ſtylum stringunt: cū aduersus hoſtilē uim reſpublicas cōſilio munūt. Quid de pace popularius ucriusq; excogitari potuit, q, quòd in ea oratione qua legē Agraria disuadet, Cicero dixit? Quid ciuilius ea legū prædicatio-ne, quā ex Demosthenica oratione uacā apisoriēt? Iurisconsulti in ſuos cōmētarios trāſtulere? Sed quorsum

q 4 attinet

attinet hic prolixius scriptorū iurū texere? Quin ipsi periculum facite, quid ex classicis quisq; præstet, quanta perspicuitate gratiaq; omnia explicet, quam prudenter omnia colligat, quæ ad institutū pertinent. Nisi enim ad horū imitationem te componas, prorsus desperanda est rectè dicendi iudicandiq; facultas. Supereft ut indicemus et alterā causam, cur eloquentie studijs iudicij acuistatuerimus. Id uero fit, quod bene dicēdi cura per se sive vegetiore animū reddit, ut quid in quoq; re maxime conueniat, aut profit, rectius perspiciat. Nam ut corporū robur exercitio confirmari uideamus, ita fieri nequit, quin hebescant eorum animi, qui nullo ingenioso labore excitantur. Nemini dubium est, quin multū conduceat bonorū scriptorū lecilio. Verum nisi ad illam scribēdi dicendiq; consuetudo adcesserit, neq; perspicere satis acute poteris illorū sententias ac uirtutes, neq; animo certā iudicandi cōmentandiq; regulam cōcipere. Propterea ad cōparandam tum loquendi tum iudicandi facultatē, nihil perinde necessariū est atq; styli exercitium. Quid enim aliud uolebat Afranius, cū fingeret usū patre sapientiā prognatam esse, quām ad si duo dicēdi cōmentandiq; studio animū expergesieri ac erudiri? Reliquit in eam sententiā, dignā memoria posteritatis uocem Anaxagoras nū Xīrē, et qīrē cīrē pīrē, quod uidebat artes omnes usū cōparatiōnēq; ingenia ferē sterilescere. Nam ut mechanicas

Exercitium
styli

exīce

artes experiundo discimus, neq; quisquam tam demens
est, qui se mox Apellen fore confidat, ubi penicillū pri-
mum in manus acceperit: ita multo usū adsuefacienda
mens est, ut sc̄e acrius in omnia intēdat. Itaq; tantum
stylo tribuit Marcus Cicero, ut optimum & præstan-
tissimum dicendi effectorem ac magistrum esse scripse-
rit, solitusq; sit per otium, aliās ē Græcis Latina facere,
aliās noua cudere, aliās declarare, qua industria et in-
genij uim ac uigore tuebatur, et locupletabat facūdā.
Sic enim de se ipse in Bruto, ne quid temere cōminiscē-
uidear, Nos autem non desistebamus, cum onni genere
exercitationis, tum maxime stylo, nostrum illud quod
erat, augere quantūcunq; erat. Demosthenes aliquā-
diu metitandæ orationis causa se in specum quendam
abdedit, feruntq; pertinacissime fraudato genio lucu-
brare solitum, estq; Plutarchus autor, lucernis nocti
usum adsiduis, donec quinquagesimū annum attigit:
Didicerunt enim usū prudētiſſimi homines, quām nō
sulgaris artificis sit dilucide apteq; dicere. At ex no- Obiurgatio.
stris iuuenibus quotusquisq; uel perpetuo decennia
unum aliquem versiculū scribere instituit? pleriq; cō-
pendiariam uiam ad consequendam eruditionem esse
censem, si quām plurima audierint aut legerint. Itaq;
alij totos dies sursum ac deorsum currūt, scholas om-
nes perreptāt, præceptores paſſim audiūt, miranturq;
q̄o intellectos, dictata excipiūt, uncialibus literis elem-

Stylus op̄t-
mus dicēd
eſtēdō,

q s chos

chos cōmentario rū notant, mimio illustrant. In precio
 sunt interpres, qui quām plurima dictando tempus
 extrahunt, nec quisquam semisse praeceptorē emerit,
 qui ab hac cōsuetudine uel transuersum unguē disceſe
 rit. Rursum alij domo nusquā pedē proferūt, librisq;
 se tanquā pistrino cuidam addicūt, chartas uoluunt ac
 reuoluunt, beatos se putant, ubi quotidie magnū nu-
 merum chartarū percurrerint. An nō utriq; miserui-
 dentur, cum tanto labore, tantaq; ualitudinis iactura
 desipere tantū discant? Primum enim nisi stylo excite-
 tur animus, per se hecscit: deinde cum immodicase,
 uel auscultatione, uel lectione obrūt, ingeniorū aciē, si
 qua cōtigit, obtundunt. Iam ex iudicij inopia fit, ut se
 rē pessima queq; cupidissime audiant, ac legant, ne nō
 multa peruagētur. Quos si quis ceu domū reuocatos
 interroget, quid hac discēdi ratione sequantur: quis fi-
 nis, quæ meta animo proposita sit, intelliget nō aliter
 ac mente captos, quid agant, nescire. Nec enim uel sen-
 tentias, uel sermonem scriptorū obseruant, cū imitan-
 dicura uacent. Tantum oculis auribusq; negocium fa-
 ciunt, animus interim Epimenideū quēdam somnum
 dormit: ex cū nullum certū exemplar exprimere stu-
 deant, fit, ut et dicendi, et iudicandi ratio deprauetur.
Gratulatur sibi Demosthenes apud Athenienses didiu-
rei
rus, quod ipsi per se que optima sint, cernant. At nos
stylī exercitiū prēdicamus his, qui nunquam periculū

rei fecerunt, nec cōmodorum quæ secum hæc exercitatio ad fert, uim amplitudinemq; uel per transennam uiderunt, quo magis metuo ne parum fidei habeat oratio nostra, cū stylo tantū tribuimus. Verū si quis est non planè iniquus Musis, is apud se expendat, quæ ueteribus docendi, discendiq; ratio fuerit, qua disciplinæ omnes non tantū illustratæ, sed etiam auctæ sunt. Pau ci in ludis literarijs autores, sed hi optimi proponebantur, quos imitaretur iuuentus. Et quemadmodū de ruristica præceptum est, ne maior fundus sit, quam qui coli probe posse, ait enim Virgilius,

Laudato ingentia rura.

Exiguum colito.

Sic illi cum uiderent, nec perdisci, nec exprimi posse multos feliciter, turbaq; scriptorum confundi potius, quam erudiri iuuenilia ingenia, pauciores admittebāt, quos sibi studiosi quam familiarissimos faceret. Declamatatur item ad si duo, scribebat alij uersus, alij solutā orationē. Et quia inter se bene dicēdi studio certabant, cura sollicitudoq; iudicium acuebat. Quo instituto, cū nullum iucundius erat spectaculū, tum nihil priuatim aut publice utilius fieri potuit. Nā ex huiusmodi ludis prodiere clarissimi superioribus seculis homines Græci ac Latini, pleriq; etiā Christiani, quos si imitari studeret nostri, bone Dcus, quætores humanæ magis florarent, & sacrae literæ felicius tractaretur? Porro cum

Ratio docēdi
discendiq;
apud veteros.

alteres tantū operæ in exercēdo stylo posuerint, cum nec eruditio nec eloquētia mediocris citra hoc studiū parari queat: cū intelligi non possint, quæ ab alijs prudenter scripta sunt, nisi ipsi stylī usus ingenia excitemus: Sinite quæsō à uobis impetrari, ut stylo nonnunquam uestris uires experiamini. Rem postulo nō perinde difficultē, atq; salutarē: neq; enim aliunde studijs uestris amplior accessio fiet. Ludos aut̄ ex uersiculos, ex solutam orationē: video enim putidiuscule dicere, quotquot poëticen nō attigerūt, planeq; humi repere, nec uerborū pōdus, aut ullā figurarū uim tenere. Iam cum asperas confragosasq; cōpositiones multo sit facilium in uersibus deprehendere, fit, ut qui carmen condunt, de solutae orationis numeris rectius iudicet. Et h̄iud scio an de literis omnibus a clū sit, ubi poëtica fastidiri cōperit. Fit enim ut ornatus splendorq; uerborum nullo in precio sit, minore cura scribatur, ostentatius legātur omnia, rerum inquirendarū studium frigeat. Quare ex Romanis temporibus poëticæ contemptū, incredibilis inscitia rerum omnīū, infantiaq; secuta est. Et nuper adeò, cū nostri homines uersiculos facere cōepissent, cū literis melioribus in gratiā redire. Nec video ego cōscrūari posse quicquid illud est elegiūtiae, quod hoc seculo refloruit, nisi exercendo stylo carmen iuuentus meditetur. Sensit et M. Cicero facundiam uersibus scribendis ali, eamq; ob causam et sepe scripsisse.

Poëtice neglectum quid sequatur.

scripsisse carmen, & poëtarū per studiosum fuisse constat. Vedit posteritas pleraq; eius epigrāmata, extatq; hodie loci aliquot illustrū poëtarum ab ipso Latinis versibus luculentissime expositi. Plinius orator editis etiam poēmatis testatur hoc studio dicendi uim adiuuari. Proinde qui discendo bonas horas bene collocare uolent, veterum exemplū imitentur, styloq;, ut Quintilianus ait, fideli & facundiam parent, & iudicium acuant. Vehementer enim fallūtur, si quid sine hac exercitatione promoturos se in literis sperant. Mare uitem citius ferat, quam eruditioñē aut dicendi facultatē consequatur is, qui tanquā Mandragora sopitus, nunquā incalescit ut ingenium commentando exercefaciat.

Exposui quæ merationes ad artium dicendi studium Epilogus inuitent, nempe, quod & certa dicendi ratio obseruanda sit, & harum artium usu studiosis nonnihil iudicij accedat. Quæ si quis ad se nihil pertinere sentit, is haud dubie ab omnī humanitate longissime abest. Contraria boni, ubi cōmodorū uim, quæ ad nos à sermone redeunt, cōtemplati fuerint, animaduerterintq; et certa ratione dicendi opus esse, & his artib⁹ ingenia cultiorare addi, uelis, ut aiunt, ac remis ad hæc studia properabunt. Verū sunt non parum multi, præsertim hoc tempore, qui bonorū cursum morantur, hi ad Theologiarum literarū tractationem negant dicendi artium scientiam cōducere, coepitq; hic error, ceu contagione quadam

quadam late uagatus, plurimos, qui ne non ualde theologicari uideantur, humaniores disciplinas omnes contemnunt. Ego uero serio illos theologicari optarim, eaq; præstare, quæ Christianam mentē decent. Nunc video theologicū nomen ignauia & tantū prætexi, ceterum nihil minus esse, quam quod profitetur. Nam dū piget elegantiam discere, seq; difficilimis scriptoribus euoluendis, exercēdoq; stylo macerare (neq; enimularum literarum cognitio sine acri studio contingit) si quando domū bene poti rediere, conciunculā aliquam legunt: inde ubi decerpserint, quæ ad stomachū faciūt, passim in conuiuijs (nam ibi potissimum sapiunt) declinant: et quia uulgas adplaudit, iam uero sibi tantum non absolute Theologi uidentur, cū de grauißimis rebus obſcœni homines, impuro ore, nulla religione disputent. Et cum uetet PAVLVS karissimam p̄. λιγόθεον, nemo impudētius cauponatur uerbū Dei, quam hi qui cum nec moribus, nec eruditione bonis se probare possint, uulgi fauore impia sacrarum literarū tractatione emerentur. Quid multa? uideas eos aspernari literas nostras, quibus res bonae honestaeq; omnes, quibus pietas, quibus mores publici, imo quibus C H R I S T V S ipse fabula est. In quos, si bene constitutam haberemus rem publicam, nō nos oratione, sed ui magistratus animaduerteret. Quā enim crucem non merentur hi, qui at præterea nihil peccent, exemplo suo iuuentū à lī-

teris

teris auocat? Quæ nisi discantur, posteritatem sumus
habituri nihilo saniore superioribus seculis, cum lite-
rarum imperitia res omnes humanas ac diuina labo-
factasset. Quin igitur sic cogitamus, Olim cū grauissi-
me succenscret ecclesiæ Deus, eruptas esse literas, secu-
ta est sacrarū inscītia. Nā cū nostris uerbis loqui Deus
uoluerit, de sermone diuino inepte iudicauerint impe-
riti artiū dicendi. Porrò quæ illis tēporibus cæcitas mē-
tem hominū tenebat? CHRISTVM quotusquisq; no-
rat? Imò chartæ iam absoluerāt, quibus cōtinebantur
sacra. Articulos Parisij cōdebant, quos interim niun-
dus, tanquā diuinas leges adorabat: piū nihil erat, nisi
quod illi somniassent. Et belli homines, cū literas nul-
las tenerent unde sapere discerent, fatuā illam sophi-
sticen pepererunt: coepéruntq; rixari de cōmenticijs
uerborum cōpositionibus, ne nō rhetoricearentur, quid
intersit inter hæc, Papam uidi, et uidi Papam: Extatq;
hodie articulus Parisiensis, Ego currit, male Latine dī-
ci, hereticū esse, quisquis dissenserit. Satim uidentur
ultæ cōtumeliā literæ neglectæ? Quis enim credat ce-
rebrum fuisse taliū nugarum autoribus? Hæc uero ca-
lamitas magna ex parte literarum inscītiae imputanda
est, non enim patebant sacra, tanquā interclusa uirgul-
tis ac frondibus, unde mentis recte erudiēdæ ratio pe-
toretur, negligebantur & diserti scriptores, qui mone-
tent humana. Quāto tolerabilius fuerat pestilitate aut-

anno 112

monae caritate plecti ecclesiam, quam tanta ametia.
 Planecq; mihi persuadeo, certum esse diuine iræ exem-
 plum, si quando mūdo literæ eripiūtur. Nam reliquæ
 pœnis pij quoq; non raro multantur. At literarū in-
 scitiam publica comitatur impietas. Nuper uero cum
 respicere afflictos iterum cœpisset optimus Pater, ef-
 ficiq; redditurus nobis Euangeliū, pro sua liberalitate
 literas restituit, quibus Euangeliū tractatio adjuva-
 tur. Nec magis nouū uideri debet donū linguarum
 Apostolis collatū, quam quod hæ à tanto squalore re-
 ceptæ, ex tenebris plus quam Tartareis in lucem re-
 vocatae sunt. Nec in obscuro est, bonis quibusdam ui-
 ris auxilio fuisse literarū scientiam in Theologiarē resti-
 tuenda. Primum itaq; ingratitudo fuerit, cœlesti do-
 num aspernari: deinde cum beneficio literarum resti-
 tuta sint sacra, impiissimum si nullam harū rationem
 habeamus, sine quibus stare res Thcologica nō potest.

Linguarum
sciētia quid
ad sacrarum
literarū co-
gnitionē cō-
ferat.

Et ut paucis exponam, quid iudicem ad sacrarū literarū tractationem conferre linguarum scientiam, non
 sum in eo errore, ut humani ingenij industria sacra
 penetrari statuam. Sunt in sacris, quæ nisi monstrate
 Deo nemo unquā cernat: nec innoscit nobis CHRI-
 STVS, nisi doceat spiritus sanctus. Sic enim CHRI-
 STVS ipse inquit, à spiritu se doceandū. Verū præ-
 ter prophetiam uis uerborum cognoscēda est, in qui-
 bus tanquam in sacrario quodam, diuinam mysteria re-
 conditæ

conditas sunt. Quid enim si nō intellecta uerba magis
comore pronuncies? non' ne surdo fabulam? At de ser-
mone iudicare nemo recte poterit, nisi qui recte dicēdi-
rationem perdidicerit. Quid enim magis proclive est,
quā uerbo aliquo aut schemate falli? Nuper quidam
ex magistris nostris cum enarraret ea quae de Melchi-
sedec in Genesi prodita sunt: Rex Salem panem ac ui- Gene. 14.
num obtulit, non animaduertens, Salem loci nomē esse;
multa de condimentiū ac natura differuit. Imposuit
enim bono uiro uocū affinitas. Nam oscitantius omnia
legunt, qui ingeniū dicendi artibus nō exercuere. De-
ceperunt et crudos figuræ, adeò nulla exercitatio
dicendi ac scribendi satis cautos facit. Interrogabat me
pridem doctus quispiā homo, ecquid sibi uellet P A V-
LVS, cum inquit, in epistola ad Timotheū: Saluatur i. Timo. 2.
mulier per filiorū generationem: si in fide permane-
rint (nam Græci, plurali numero uerbum extulere.)
Ego cum non haberē quod apte responderi uidereturs,
commentarios consulō. Ecce uobis Chrysostomū, quāne
belle nugatur, cum uerbum μίαν ad ſobolem refert.
Quod quā non cōueniat sententiæ Paulinæ, facile eſt
iudicare. Nec uidet ſenex ille Synthesin eſſe gramma-
ticam, cum uniuersum ſexū plurali uerbo cōpleteſtitur.
Similia horū exempla non rara ſuppeditabit quotidie
nus ſcriptorū uſus. Poſtremo quā aliam ob causam So-
phistæ ſacris libris ablegatis, nouū Theologiæ genuis
repereres

repercere, quām quōd illorū sermonē, et differendī rationē non adsequebātur? Quorū exemplum si quemā barbarie nō deterret, fustuarii, nō oratione castigandus est: nā si perrexerit iuuētus bonas literas cōtemne re, haud dubie futurū est, optimis negleclis, ut rursus sacræ bonæq; res omnes pessum cant. Fallitur enim quisquis uerbis tantū, non etiā mente barbaros fuisse Theologastros istos cēset. Iā si quādo Ecclesiasticū dogma tuendum fuerit, quid quæso præstabit is, qui quid scientiat, explicare nō potest? An confusaneā aliquam ac Stoicam orationē adferet, in qua de uerborū interpretatione rixetur? Ab hoc, auditor cū expectarit perspicuam sacri dogmatis tractationē, perinde ac hiās curius discedet, diu frustra molestis distinctionibus fatigatus. Itaq; quos pietatis tenet studium, ij uel C H R I S T O, uel publice necessitati ecclesiæ, hoc præstet officij, ut rectè loqui discant. Vocat huc etiā P A V L U S, cū in Corinthijs linguarū studium probat, cuius autoritas merito apud uos ualere debet, quibus in ore tā multus est. Indicaui paucis quid ad literarū prophanarum ac sacrarū tractationem cōducat rectè dicēdi scientiis. Nunc uestrū est cū elegatiore literatura ingratiāredire, eāq; cupide amplecti. Video plerosq; intēpestiū properare ad grauiores, ut uocāt, disciplinas, quosdā ad iura discēda, ad medicinā spes quæstus rapit, aliū ad Theologiā contendūt, prius quām robur aliquod fecerint.

rit in studio artiū dicendi. Qui si suo quæq; ordine adgredicerentur, bone Deus, quanto rem felicius gerrent: Nunc male tentato cōpendio ipsi sese morantur.

Fuit apud nos Morio quispiam, qui in heri culinam ex more ligna ferebat. Is solitus est ex infima strue, ea reuellere, quæ moueri sine magno negotio non poterant. Interrogatusq; cur id fieret, respondit, se difficilimam laboris partē primum cōfeturum, summa illa facilius moueri: nec uidit quātum referret singula ordine tollere. Huius mihi persimiles uidentur, qui fastiditis his artibus ad sublimia prouolant. Nam & auge tur discendi labor, & incōmodius omnia tractātur, cū nondum sint perpoliti primis rudimentis. Deum immortalē, quām infeliciter ceſſit maioribus nostris hæc precipitantia. Nullum genus artiū superioribus seculis, non foede conspurcatū est, ab his qui cū elegantiores literas nō attigissent, in optimas quasq; & grauifimas disciplinas tanquā in rosas porci irruerūt. Theo logia stultis & impijs questionibus prorsus obruta est. Qui philosophiam profeſſi sunt, ne nomē quidem artis satis intellexerūt, de iure & quo ac bono fieri non potuit, ut quidquā sani cōmiserentur hi, qui elegan tioris literaturæ rudes erant, quod & ipsum disciplinæ genus ex medijs humanitatis artibus deriuatū sit, & veterum Iurisconsultorū literæ plenæ sint præſcæ, heretiq; eruditio[n]is. Neq; nunc ego sermonis spurcitie

tantum in artium professoribus accuso, sed imprudenteriam, à quo scutio adserere non possunt, quorum ingenia dicendi artibus non sunt exculta. Quare non cessamus adhortari ad elegantiae earumq; artium studium, sine quibus disciplinae reliquæ non possunt non infelissime tractari, quod à uobis par est ut uel publicane cessitas impetraret. Nā ubi disciplinas grauiores uitiantur barbaries, periclitari solent & hominum mores. Est enim multo uerius hoc, cōparari mores ex doctrina, quam quod Plato scripsit, ex musicorum cantibus.

DIXI.

CHRISTOPHORVS HEGEN
DORPHINVS, CVM PRIMIS
nobili & studioso iuueni MAT-
THIAE de DREVITSH
S. D.



vt i s iam annis Matthia Generosissime, expertus sum, quām laboriosum, quām molestum sit iuuentutis mores recte fingere, iuuentutem ad quātūlam cung; tandem eruditiois frūgem perducere. Cæterū non unquam antehabui perinde res ista laboribus iuxta molestis plena

plena uisa est, atq; hoc tempore, quo præterquā
quod iuuenes literas bonas perosifunt, etiā mo-
ribus impurissimis, pariter & intractabilissimis
prædicti existunt. Etenim quando unquā iuuen-
tus magis lusit in aleā: quando scortationibus,
stupris, adulterijs, omnibus libidinū generibus
suit addic̄tior: quando patrimonij protusior:
quando famæ, rei omniū pretiosissimæ, magis
prodigia: quando tēporis rei irrecuperabilis mi-
nus curiosa extitit: Breuiter, quādo in præcepto-
res præfractior, cōtumeliosior, ingratiōr unq;
quando in Deū magis impia magis blasphemā
in C H R I S T V M unquā fuit: At mihi mecū repu-
tanti, & animo uolenti, quid nā isto seculo iu-
uentutē nostram corrūpat, perdat: hæc in men-
tem ueniūt. Primo, omniū parentum indulgen-
tia, qua, ut ille inquit, omnes deteriores reddi-
mur: pudet me dicere, quæ parentes hoc tēpore
liberis suis impudenter permittat facere. Lude-
re uolunt filij, sumptū eis parentes suggerunt:
si filiū cum scortis omnia perdere, profundere,
certò resciscant parētes, dissimulant, cōniuent:
& tantū non ueluti Melitensem caniculā in de-
liijs habent, studijs iuuene dignis occupari, cla-
mitant. Vbi totos dies perpotauit filiolus, do-
mum reuersus, ne uerbulo quidem à parētibus
obiurgatur. Execratur horrēdis diris, tū suum-
ipſius, tum aliorū caput: adplauditur ei, tā à pa-
tre quam matre. Totū diem otio insumit clarū

r ; illud

illud caput, id parētibus minus curē est, quām si fulgur, ut in Proverbio est, ex pelui reddat. Si in Deū Opt. Max. patrē, probra iecerit charus filius, ad hoc parētes piscibus magis muti existūt; si C H R I S T I passionē cōuitijs incessat Pamphilus noster, parētes perinde ac in Iouē illū Ethni corū Deū blasphemus fuisset, ne uerbulo quidem cū illo cōmutant. Quid hic cōmemorē de uestibus Sybariticis, quibus parentes filios suos (nam de filiabus dicere nihil ad me) nō fecus ac puppas exornant. Et in huius rei luxu filijs ad improbitatē & libidinem, materiā & ignē non paruū subdūt. Iā cū uix tandem à bonis uiris persuasi parētes, filiū in Academiā quandā p̄ceptōribus ad humanitatē informandū cōmittunt, multis obtestationibus cū p̄ceptoribus, uerbotenus agūt, ne filiū omne quod sibi cūq; libatum est, facere concedat. Et si minus morigerus futurus sit, uerberibus eum cedat, inhortant. At cū p̄ceptor intractabilē illū Elephantē cicurandum ad se recepit, et aliqñ uerberibus in eū animaduertit, atq; id parentes olfecerunt, mox aut ipsi adsunt, aut per suos ministros cū p̄ceptorib. agi curant, se non mancipiū eis domandū cōcre didisse, sed unicū rerum omniū suarum heredē proinde si illum discipulū habere uelit, à uerberibus abstineat. Id quod cū improbus ille Ctesiphon audit, hui quantum animū ad nulla non audenda sibi sumit. Itaq; ergo indies deterior quadit,

euadit, dum in totum perditus, deploratior domum redeat, quam abiuerit. Atq; ut iam dixi, illa parentum indulgentia, unus est fons, ex quo hoc seculo corruptela & intractabilitas iuuentutis nostræ manant. Deinde, non parum iuuenes hoc tempore à quibusdam præceptoribus adeò peruvicaces, adeò contumaces, adeò effrenes redduntur. Sunt enim in Academijs plerique, qui dum præceptorem aliquem pro suo officio, in discipulos nonnihil duros esse odorentur, illi discipulos adeuntes, Ecquid, clamitant, te tuo præceptorri adeò obiurgandum, adeò uerberandum propinas? Ad me demigra, apud me omnia cum dicendi, tum faciendi licentia erit, modò mihi pecuniam numeres, dabitur tibi à me mutuo argentum, ut huc uel illuc comessatum eas. Tum non raro ad aures iuuenum occinunt illud Terentij: Liberalitate & pudore liberos retinere satius est, quam metu. Cur igitur dicunt isti, in tanto metu uiuere uis: Discipuli ut omnes mala obuijs, quod aiunt, manibus arripimus, oblata sibi ad nequitiam tata & tam ostentata occasione quo iure quaq; iniuria relicto suo ueteri præceptore, ad illum nouū morum corruptorē se conferunt. Istae sanè pestes rerū publicarum efficiunt, quod hodie bona pars illorū iuuenū, qui in Academias ad cōparandum ingenij & morū cultūmittūtur, adeò præcipites in quoduis flagitio-

rum genus ruant. Illos sanè impostores dicam,
 an corruptores iuuenū publicis Academiarum
 legibus mulctatū oportuit. Leges imperatoriz
 pœnam statuerunt h̄s, qui seruū alicuius corrū-
 punt. Merito igitur et pœna adficiēdi h̄, qui ado-
 lescētes auocātes ad se pertractos misere depra-
 uant: nā quod homines impudentissimi clami-
 tant, Liberalitate & pudore satius esse pueros
 retinere q̄ metu: uerū quidē fateor, uerū nebu-
 lones illi, nō considerāt, non eodē ingenio ado-
 lescētes quoslibet p̄ditos existere, proinde nec
 eadē ratione omnes tolli posse. Sunt qui suapte
 sponte, quæ optima sunt, faciāt, in quos si quis
 uerberibus animaduertere uellet, nō min' stu-
 te ageret atq̄ auriga, qui equos citra calcaria ul-
 tro p̄currētes, calcaribus ad cursum incitare ue-
 lit. Sūt qui suapte qdē spōte cessatores sunt egre-
 gij: ceterū si à pr̄ceptorib⁹ uerbis admoneātur,
 pudore suffusi, quoq̄ uolum⁹ statim se inclināt,
 & hos uerbis magis corrigendos, q̄ uerberibus
 ad honestatis studia impellēdos existimo. Sunt
 uero iuuenes adeò frōtis pfriēt, ut nec pudore
 natiuo, nec à pr̄ceptoribus obiurgati, id quod
 suarū partiū est, pr̄stēt. Sūt adeò duri, ut nullis
 uerbis molliri queāt, quos si quis liberalitate et
 pudore in officio continere uelit, nihilo plus
 agat, q̄ si agazo asinū ad clitellas ferendas, exti-
 mulare conēt. In hoc ergo adolescentum genus
 uirgis animaduertendū est, & faciendū pericu-
 lum,

lum, an metu tandem coacti, officium suum facere uentint: quod si actum esse videbitur, rus, ut inquit Fabius, ablegandi sunt. Ita satis opinor liquet, quod totum, quod aiunt, cœlo isti iuueni corruptores errant, qui adolescentes quoslibet ex senis illius Trentiani sententia instituendos esse contendunt. Ita satis opinor constat, & istam impostorū turbam non parum in causa esse, quod iuuēt hoc nostro seculo, adeo intollerabilis, adeo effrenata existat. Postremo, illud uel multo maxime iuuēt uite nostrā tam intractabilē, tam immorigerā reddit, quod præceptores eā, uel nunquam, uel admodum raro ex literis sacris, quæ unæ mores cum omnium hominum, tamen maxime iuueni fingunt, quæ aut Deo cordi, aut odio sint, quæ Deus à nobis postulet, quæ in proximū collocada charitatis sint officia, admonet. Proinde iuuēt nostra cœca, omnia sibi licere putas, in omne uitiorū genustrāsuorsum agitur. At uero, cū hoc ultimū, uel multo maximū sit, ob quod iuuenes hoc nostro seculo, tamen efferi sint, ego cū discipulos non parū multos instituendos, et habuerim et habeam, officij mei esse duxi, meis in primis, deinceps uero & alijs bonæ mentis iuuenibus, ut paruas, ita utilles & uiuendi et mores corrigendi, parçenes prescribere: an uel aliquos tandem in officio continere possim: et an quosdam, qui ab officio suo discesserint, in uia reducere queam. Tradidi uero, ut et id iudicem, pcepta et pietatis, et ciuitatis. Pietatis

et pietatis quidem

quidem, dū quid iuuētus Deo debeat, quæ Deo
arrideant, quæ Deo displiceant, ostendo. Pieta-
tis inquam præcepta trado, dū quæ iuuenis uia-
ria fugere, & pietati aduersa sint scelera, quæ in
proximū impendenda sint charitatis studia, &
pietati cū primis amica sint officia, cōmonstro.
Ciuilitatis uero Paræneses obiter aspersi, in qui-
bus quæ cura sit corporis suscipienda, quid in-
ter prandendū, quid inter cœnandū iuuene de-
ceat, doceo, dū quid in alijs rerū functionibus
dextre obeundis iuueni conueniat præscribo.
Enimuero, cū tu mi Matthia, is iuuenis sis, qui
& uitæ integritate, & morū candore facile alijs
ad recte uiuendā, & mores formandos, uiuum
exemplū esse possis, & cū adeò luculēter, quæ in
hoc libello præcipiūtur amplexeris, quæ uetan-
tur fugias, non male congruitur ratus sum, si
hoc quicquid est libelli de moribus iuuentutis
corrigendis cōscripti, sub tui nominis auspicio
in publicū emitterem. Quod si forsitan libellus il-
le humilior uidebitur, q̄ qui tibi iuueni adeò et
stemmatis & uirtutibus claro dedicetur. Cogi-
tabis, amantes non tā munera, quām animū il-
lius qui largitur, spectare solere. At cū tu nō mi-
nus amore mei flagres, atq̄ ego tui flagro, hoc
munuscum re ipsa quidem paruū, at si animū
consideres, maximum boni æquiq̄ haud dubie
feceris. Vale, Lipsiæ. Anno M. D. X X I X.

D B INSTE

DE INSTITVEN
DA VITA, ET CORRI-
GENDIS MORIBVS IVA-
uentutis Paræneses.



V VENIS in Academiâ
præceptor i alicui creditus,
omnes neruos intendat, ut
duo illa assequatur. Vnū,
ut in Eloquentie studio
promoueat. At cū eloquen-
tiam dico, non inanem il-
lum uerborum strepitum,

Eloquentia.

non ambitiosum orationis fastū intelligo, sed totā En-
cyclopædiam, id est, orbē illum artiū optimarum com-
prehendo. Ita sane, ut iuuenis illa, quæ in quauis arte
columnæ, & præcipua sunt, imbibat. Qua de re in
præsentia à me nihil dicetur. Tū quod Fabius Quint.
ERASMVS ille ROTEROD. hæc iustis uoluminib.
tractarūt, à quibus aliquid de cōparandis studijs iuuē-
tutis scribere, est Iliada post Homerū contexere. Tum
quod nostri instituti est ostēdere, quibusnā moribus iu-
uentus per politæ esse debeat, et mores iuuenū admodū
hoc præsertim seculo prauos & corruptos in melius
instituere. Et illud alterū est quod discipulus apud præ-
ceptorem

Encyclo-
pædia.

ceptorem discat, nimirum ut moribus probatior quam aduolauit, domū ad suos reuolet. Quæ duo Achillem à Phœnico optimi preceptoris optimo exemplo, non parum feliciter edictum fuſſe, Homerus libro Iliados nono testatur, dum Phœnicem ita ad Achillem uerba facere introducit:

Τοῦν καὶ τροίνει διδασκέ μνημε ταῦτα σάρτα
Μέθωπτε γητῆρ ἵμεραι, πρητύρετα ἐργα.

*Quos uerſus ego ſic ut cunctis uerto:
Huic me p̄mifit te cuncta ut illa docerem
Cum bene dicendi uita quoq; noſcere normam.*

Morum
cura.

Et illa ſanè morum cura uel præcipua eſſe debet. Quid enim obſcro refert, iuuenē, quamuis omni diſcipularum genere excultum exiſtere, ſi parū Christianus, parum ciuilibus moribus ſit præditus? Cum enim iuuenis uel hoc uno nomine preceptoris ad bonas literas informandus detur, ut aut aliquando Remp. optimis moribus conſtituere, cōſilijs regere, prudētia conſtruare poſſit: aut ſi hoc non contingat, ut nō eſt cuius homini datum adire Corinthum, alia quadam ratione proximi cōmodis consulere queat. Merē peſtes Reipubl. erunt iuuenes, qui, ut ut in omni doctrinarū genere excellant, uita omnibus flagitijs iniquitatiſima exiſtunt: qua non dici poſteſt, quam illis, quibus preſunt, officiant: cū, ut Plato inquit, tales ferē ſunt ſubdiui, quales iij, qui Reipubl. clauio admoti exiſtant. Negi-

meto

Merò hic necesse est referre Antonios, Syllas, Marios, Catilinas, qui literis quidē omnibus se exornarant, sed quia moribus non perinde probatis erāt prædicti, Rem. Rom. nō parum uulnerarunt, Ciuium moribus non parum obfuerunt. Quod si non ciuiles magistratus gerere contingat, non potest tamen non nocere is, quilibet as non cū morū integritate cōiunxerit. Quid enim magni Ludi Magister, quamuis literis ornatis simus, apud suos effecerit, si uita sit spurcissima prædictus? Quid præceptor in publicis Academijs dignum laude in sue fidei creditis discipulis egerit, nisi uita quoq; sanctimoniā suos docuerit? Pater ut uer literatus sit, Leonis (ut in proverbio est) catulū educauerit, nisi moribus quoque suis ab omni parte integris, filio ad optimum uiuēdi iter præauxerit. Corrūpet pupillum tutor, si præter literas nihil Christiano homine dignū in se ostenderit. Est enim ut corporū, ita uitiorū animi contagio: nam ut cōuictor scabiem cōuictori facile adfricat, ita quoq; morū lues non difficeret in animis aliorum serpit. Et id omniū maxime accidit, si is què animi uitij laborat nobis & amicis præcedat, et plus quam nos sapere & intelligere uideatur. Cuiusmodi parētes nostri sunt, è quibus huius lucis usurā accepimus. Cuiusmodi præceptores animi parētes existunt, quibus ad humanitatē informandi credūtur iuuenes, utrig; tales frē formā illi liberos, hi discipulos, qua-
les

Viciorum
contagio.

tes ipsi euaserunt. Hinc & illa parœmia uulgo iacula-
tur, Malis corui malum ouum. Nec huc male quadrare
nidetur illud Horatianum:

- Fortes creantur fortibus, & bonis
- Est in iuuencis, est in equis patrum
- Virtus: nec imbellem feroceſ
- Progenerant aquilæ columbam;
- Doctrina ſed uim promouet inſita
- Rectiꝝ cultus peclora roborant.

Sub hæc morum cognitio adeò neceſſaria eſt iuu-
nibus, ut ſine illis, eloquētia, Plinio iuuiore teſte, egre-
discatur. Cum Eloquentia Sapientiæ ſorore eſſe & ne-
lit, & debeat: prauos hominū animos, cum uelis tum
remis, refugit. Proinde, uſu ipſo cōperimus, quām raro
aliquid preſtium opera in eloquentiæ, germanæ tis-
ſe ꝑiato, ſtudio faciāt iij, qui morū ueluti Megarenſium,
ut in prouerbio eſt, nullam rationē habent. Et ut al-
quando uſiuueniat, ut malis moribus imbutus aliquò
tenus in illa copioſe loquētæ ſapientia progrediatur, id
ſanè tam eum ornat, quām ſi quis optimū unguiculū
pixidi coenofæ infundat, aut preciosiſſimos uniones
uafculo limoso inſerat. Nā quod Deus Opt. Max. iam
olim Ethnicoſ quoſdam, ſceleratiſſimos etiam, ſapien-
tiæ artibus perpoliuit, id ex ſingulari quadam Deibo-
nitate factū eſt: qui, ut de omnibus, ita & de Ethnicoſ,
quamvis impuriſ, benemereri uoluit. Cum herò morū
optimaſ

Eloquentia
Sapientiæ
ſoror.

optimorū cognitio, et honestæ dicam, an potius Christianæ uitæ ratio, iuuentuti ad cō utilis, adeo necessaria quoq; sit, puta officij mei esse uitæ Christianæ iuxta morum corrigendorū præcepta meis, qui mihi ad humanitatem informandi crediti sunt, præscribere. Faciam uero id quam possum paucissimis, ueluti dīgito cōmonstraturus, ad quæ nam iuuentus uitam et mores componere debeat. Enim uero, ut iuuentus recte et honeste uiuat, sic futurū est, si quid pensi Deo, si quid pensi proximo suo persoluere debeat, si quomodo corpus curandum, animus excolēdus sit, perspecta habuerit. Porro, quid et Deo et proximo iuuentus debeat, non aliunde rectius, quam ex decem Dei Opt. Max. præceptis cognoscet, quæ subiçiemus, ut in illis ceu in speculo, quæ optima iuendi ratio sit, perspiciat.

P R A E C E P T U M . I.

Vni crede Deo.

Hoc est, ut Salomon in Gnomis suis interpretatur: Fide Deo toto corde, et prudentiæ tue ne innitare. Ne fide tua sapientia. Time Deum, et recede à malo. Hic præcipitur iuuentuti, ut Deo fidat, Deum timeat, nec uelut ~~etiam~~, quosuis Ethnicos turpiter uiuendo superet. Docetur hic, ut à Deo prosperum studiorum cursus petat: docetur iuuentus, ut se Deo totum, quanta quanta est, in manum, quod aiunt, det. Ita sanè nihil aduersi unquam cioboriri poterit. Si enim Deus pro nobis,

nobis, quis contra nos? inquit PAULVS. Exigit ergo Deus hoc praecepto à iuuenc fiduciā, metū, amore, spē.

I I.

Non usurpabis nomen Domini cui temere.

Hoc est, laudibus uche et nomen, et gloriam Dei. Imp'or anomen Dei, cōfuge ad illud, uelut ad sacram, ut dicunt, ancoram. Et ut Psalmographus Psalm. 49. praeceptum hoc exponit: Immola Deo sacrificium laudis, et reddet altissimo uota tua. Et inuoca me in die tribulationis, et crua te, et honorificabis me. Huc facil illud Iohelis tredecimo: Reddemus uitulos labiorū nostrorum. Porro quid hic commemorem, quam iuuens nomen Dei temere usurpet? Et ut alias nominis et uerbi latet, omittam. Quid uero referum de hoc, quod pleriq; nullum uerbū ferè faciunt, quin Dei nomen admisceant? Sunt qui adeò per nomen Dei iurare assueuerunt, ut illius defuescere sit difficillimum. Verum, quam utrisq; uanus ille et temerarius nominis Domini usus fraudi futurus sit, Moses ille nomotheta Exodi 20. indicat, dum inquit: Non usurpabis nomen Dei tui frustra: nec enim in fontem habebit Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra. Tu audis, quod exemplum in illum futurū sit, quoniam Dei frustra utatur. Audis Dominū, eum non in fontem habiturum: hoc est, non impunc illi futurū, quia nomen

Nominis Dei
abusus.

nomen illud φιομένισθη ore impuro temere prophænet. Quod, si ut autor Epistolæ ad Hebræos ait, horrendum est incidere in manus Dei uiuentis: saxeus es, quisquis nō minis Dei deterritus à temeraria nominis diuini usurpatione, uelis quod aiūt, equisq; refugis. Et quid hic commemorem de illis nominis C H R I S T O
 Seruatoris nostri blasphemis nebulonibus, qui ob rem,
 nec φίλος ἀγλα, ut Græci dicunt, C H R I S T I passio-
 nem, ut alicui exitio sit, imprecantur. In illos sane pu-
 blicis legibus merito animaduertendum esset. Ecquid
 enim capitalius cōmitti posset, quam passionē C H R I-
 STI, quæ nobis omnibus saluti fuit, quæ ut Græcis in
 Proverbio est, Mare omniū bonorum existit, adeò sce-
 lestis imprecationibus conspurcari, detestari? Capitale
 est, si quis Imperatorem terrenū maledictis adficiat.
 Ecquanto capitalius esse deberet, si quis ἡρός, cui
 pater omnia dedit in manus, Ioan. 13. Ἐν cui data est
 potestas in cœlo et terra, Matth. ult. tantis probris
 adficerit? Et ut maxime Magistratus ciuiles, in istos
 passionis C H R I S T I blasphemos nō animaduertant,
 Deus tamē ipse id nunquam inultū dimittet. Sic enim
 in primo Regum libro, capite secundo pro-
 ditum est, *Quicunq; honorificauerit*
me, glorificabo eum. Qui autem
contemnent me, erunt
ignobiles.

s

Sabbato

Id est, ter
maximumNe pīo di-
gnam

III.

Sabbata sanctifica.

Hoc est, diebus festis ferias age. Et quāvis hoc preceptum de Sabbatis, quae Iudæis sacra erū fuerunt et sunt, loquatur: tamē nos de omnibus diebus festis accipere possumus, siue dies Sabbati, siue dies Dominicus, siue alius quisiām dies festus in hebdomade receptus sit. Est ergo caput huius præcepti, ut dies festos sanctificemus: hoc est, sanctis studijs cōsecremus: sancta uero studia sunt, precibus incumbere, cōcionibus uerbi diuini interesse, beneficia, quibus nos Deus immerentes per C H R I S T U M ornauit, ornatq; in animū reuocare: illi beneficiorū acceptorū ergo nos gratos præbere. Et quid obstat, quo minus hic recenseā nobile illud dictum Gregorij Nazian. in sermone de ferijs Pentecostes: Εορτάζομεν τῇ ἡμέρᾳ ἀλλὰ ὡς πλειστὸν τηνύκατι, διαβάσθεντες τῷ μείοντω μὲν πράγματα, καὶ γένοισι πεποταζειν μῶμον τυχῆτι θησαυρίσαι τῷ μείοντῷ καὶ λιπαρίσαι τῷ μείοντῷ τῷ μείοντι. Quæ sic transpono: Et nos ferimur, sed ita, ut spiritui uidetur: uidetur uero, ut alii quid honesti et dicamus, et faciamus. Et hoc est nostro, & sic Christianorū more ferias agere: Animæ aliquid earum rerū, quæ consistunt, quæ durant cōgerere: sed non occupari rebus temporicecentibus, & fluxis, & parva quadam uoluptate sensu blandientibus. An non uero.

Sanctifica-
re Sabbath
quid.

uerò Theologus ille paucis uerbis, quibusnam studijs
 dies festi traducēdi sunt, docet? Vult, & id autore sp̄i-
 ritu, ut ijs diebus quibus iustitiū indictū est, honesta dī-
 camus: hoc quid aliud est, quam de rebus honestis ser-
 mones cōserere: de pietate, fide, spe, charitate? Nolo ue-
 rò, ut his de rebus iuuētus acriter digladietur: sed alter
 alteri cedat, sed praeceptorū & aliorū, quibus sacrae li-
 teræ perspectæ sunt, interpretationi, modò non à lazo-
 & xonīa sit, palmam deferat. Vult Gregorius, ut diebus
 festis, honestarū rerū functionibus distringamur. Ec-
 quid uerò honestius facere potest iuuentus, q̄ si oret,
 sacrī intersit, cōcionibus adfit. In quibus hoc non pa-
 rum cōmodi iuuentuti attulerit, Nouū testamentum,
 uel ab ERASMO traductū, uel in suā natīua lingua in
 manib⁹ habere: & locos à cordatis concionatoribus
 citatos, requisitos, in memorie thesaurum recondere:
 In memorie thesaurū reconditos, crebra usurpatione
 in medium proferre. Et quod ἡ λεφαλαῖος est, uitam Id est, caput
 ad locos illos instituere. Sunt quidem hoc nostro secu-
 lo iuuenes pleriq; de sacris literis mire loquaces, sed
 οὐδὲ μήρ ὅτι τὸν ἀλώπακον εὔχροον ἔχοσι καὶ λευκὸν εἰσ-
 θαι λόγοις εὐτυχίοις τε καὶ δοκιμοτήροις οὐτοῦ ἐὰν καὶ
 φύτας πρωξεῖς ἕχολῶν. Hoc est, sed utinam ut
 linguam quidem ualde uolubilem habent, & ad, de
 sermonibus honestis & probatis, differendum prom-
 ptam, sic & operibus uacarent. Sub hæc uult Gre-
Id est, irrita,
uana, spe-
culatio.
Nouū te-
stamentum
Id est, caput
precipuum

S - 2 gorius

gorius ille, ut festis diebus bona, quæ nō uetus tatis iniuria corrumpuntur, paremus. Ecquæ illa sunt? illa haud dubie, de quibus CHRISTVS Matth. 5. Primum querite regnum Dei & iustitiam eius, & omnia adi- cientur uobis. Hæc prolixius tracto, quod sciam iuu- tutem nulla omnino cura orationis, sacrarū concionū, & aliorum studiorū, quæ diebus festis cōgruunt, di- storqueri. Immo putant iuuenes, illos dies otio & igna- uiæ datos, proinde nullo tempore magis prodeambu- lant, perpotant, quām quo ab Ecclesia ferijs indistis à laboribus externis supersedetur. Sed ex illis quæretu- li, iuuentus, opinor, quibus rebus dies festi dedicari debeant, liquido intelliget.

III.

Honora patrem & matrem, ut bene-
sit tibi, & longæuus sis super terram.

Id est, parentibus obtempera, illos cole, metue, illis pro re succurre, coram illis caput aperi, adsurge, sine illis priores partes habere, obedi illis in omnibus. Sic enim PAVLVS ad Collos. 3. inquit: Filij, obedite pa- rentibus in omnibus, hoc enim placet Deo. Porro, quod in præcepto additur, Si uis longæuus esse super terrā, oλαντήριον uelutie est, quo iuuentus ad honorem paren- tibus habendū alicitur. Cum enim iuuentus ferē uita amore flagret, Deus hoc præcepto uitam longæuam pollicetur, si erga parentes, pro eo, ac decet, adfecti sue-

Id est, blan-
dimentum

rint. Vnde et Homerus Ethnicus lib. Iliados. A. scribit:
Οὐδὲ ταῦτα.

Θρήνω φίλοις ἀπέλωκε μηνυθεῖσι. Θέτει εἰώμ.

Hoc est, neq; parentibus præmia nutricionis re-
pendit, breue ei æuū erat. Hinc Salomon, ut sacra pro-
phanis misceam, inquit, Oculum qui patrem fastidit, et
matris imperium contemnit, corui iuxta flumen effo-
dient, et uorabunt aquilæ. Huc refer illas nobiles ue-
terum Sapientum Gnomas, quibus iuuentutem ad pa-
rentibus obtemperandū adcō diligēter cohortati sunt.
Cuiusmodi est illud Pythagore, τοὺς δὲ γεννιστίμα. Id
est, parentes honora. Cuiusmodi est et illud, nescio quo
autore profectum:

Βούλε γενεῖς πρὸ παντὸς ἐμάστιχειμ.

Τοὺς δὲ τίμα καὶ φίλας εὑργέτει.

Ἐλπίζε Σωτὴρ οὐντος προσέμενοις.

Θεοὶ μέγιστοι τοῖς φρονοῦσι ποιοῦντος.

Ικανῶς βιώσεις γηροβοσκῶμενος τοὺς γονεῖς.

Νόμιζε αὐτῷ τοὺς γονεῖς εἶναι θεούς.

Id est, Velis parētes ante omnia in honore habere.

Parentes quidem honora, et de amicis benemerere.

Sperasi honore adfici parētes, te facturū esse honeste,

Dij maximisunt, ijs qui sapiunt parentes.

Commodo uiues, si parentes senio confessos nutrias.

Existimatib; ipsi parentes Deūm loco existere.

Huc facit illud Ciceronis lib. Offic. 1. In ipsa autem

s 3 cōmunitate

communitate sunt gradus officiorum, ex quibus quid
cuiq; præstet, intelligi posset. Et prima Dijs immorta
libus, secunda patriæ, tertia parentibus, deinceps gra
datim reliqua cæteris debeantur. Ad hæc, ut iuuentus

**Lib. 10.
Cap. 23.** parentibus obtemperet, illos uicissim si usus poposce
rit, alat, & bruta animantia eā extimulent. Nam Plini
nius ita de Ciconijs scribit: Ciconiæ nidos eosdem re
petunt, genitorū senectam in uicem educant. Et de gli
ribus quoq; ita ait: Glires genitores suos fessos senecta
alunt, insigni pietate. Cæterum hoc præceptum non

tantum à iuuentute exigit, ut parentibus, ex quibus lu
cis buius primordia sumpfit, honorē habeat: sed etiam
Magistratibus obediatur, illos colat, metuat. Nam & illi
parentum numero sunt, ut qui nō secus atq; parentes,
ut res & publicæ, & priuatae singulorum in tuto col
locentur, sedulò prospiciunt. Huc refer illud PAVLI
ad Rom. 13. Omnis anima potestatis excellentibus
subdita sit, &c. Huc facit illud ex Epistola PETRI
priore, capite secundo: Proinde subditi estote adoratio
nibus, q[uo]d uirilis. Exigit hoc præceptum, ut iuuentus
uiros maiores natu, honoret, ueneretur, amet, obser
uet. Vnde PAVLVS in Epistola ad Timoth. priore,
capite quinto: Seniorem ne saeuius obiurges, sed adhor
tare ut patrem. Et Cicero Ethnicus lib. Offi. 1. inquit:

Est igitur adolescentis maiores natu uereri, inuenit
q[ui]nam etatis inscitia secū constituenda et regenda, præ
dennia

Magistrati
bus obedien
tiam.

Idest, omni
creaturæ hu
manæ

Maiores
natu.

dentia est. Huc facit & illud Iuuensis Satyra. 13.
 Improbitas illo fuit admirabilis ævo
 Credebant hoc grande nephæs & morte piandum.
 Si iuuensis uetulo non assurrexerit, & si
 Barbato cuicunq; puer licet ipse uideret
 Plura domi farra, & maiores glandis aceruos.
 Tam uenerabile erat præcedere quatuor annis.

Sub hæciuuëtus in hoc præcepto quarto docetur, Praecep-
 ut præceptoribus, animorū (ut Fabius inquit) paren-
 tibus, quibus ad bonas literas informanda credita est,
 honorē tribuat: illos colat, metuat. Nam si carnales pa-
 rentes, qui liberis de uictu prospiciat, honorādi sunt:
 merito & præceptores honorantur, quide animi di-
 scipulorū pabulo interdiu noctuq; distorquētur. Si pa-
 rentibus corporis honor debetur, quod in lucē liberos
 ediderint: merito & honor præceptoribus debetur, ut
 qui id quod parentes progenuerūt, honestis & mori-
 bus, & literis formāt, ne bestiæ magis quam hominis
 simile existat. Celebres enim sunt illi uersiculi poëtae:
 Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est
 Pectora mollescunt, asperitasq; fugit.
 Adde quod ingenuas didicisse fideliter artes
 Emollit mores, nec sinit esse feros.
 Honorandi sunt parētes, quod infantiae nostræ mo-
 lestiam pertulerint: honorātur & merito præcepto-
 res, qui in animo rudi discipulorū erudiendo,

bone, quantum molestiae, quantum laboris deuorant: honore adficiendi sunt parentes, quod uitæ nostræ au- tores sunt: honore adficiuntur & præceptores, qui uitam à parètibus acceptam, ita instituunt, ut & nobis ornamento, et alijs usui esse possit. Ideo uero nos Deus uita potiri patitur, ut uita nostra aliorum cōparemus cōmoda. Iam uero cū non aliter sit atq; dixi, iuuentus certò animū suum inducat credere, quod ut Dominus

Id est, omnipotens

ad ueritatem ut puto, cum, qui, ut Salomon inquit, pa- trem adfligit, id est, nō honorat, persecuturus sit. Exe- plum habes in Absolone, ita quoq; non parsurus sit ei, qui parentem animi, hoc est, præceptorem adfligit, id est, nullo honore dignetur. Quid ego hic exempla uel- tera cōmemorem: cum nusquam non exempla uel ho- die obuiæ sint. Videmus enim istos præceptorum uituperones & famæ, & rei familiaris naufragium inci- dere: uidemus plerosq; mala morte citius opinione oc- cumbere: uidemus istos ita ab alijs uituperari, conte- mni, ignominia adfici, ut præceptores uituperarunt, contempserunt, ignominia adfecerunt. Cū si qui isto- rum contemptorū, animi parentum liberos sustollant, eos erga se experiuntur, quales olim ipsi erga precep- tores fuerint. Et sunt quidem hæc mala, quæ retuli- us&orū, sed nulli dubiuū sit, Deū quoq; in futuro se- culo, illam tñm & pœnâ, illam rebellionē discipulorum aduersus præceptores impunitam nō dimissurum. Et

ut iuuen-

*Id est, ad tem-
pus durantia.
id est, inobe-
dientiam*

ut iuuentus propensioribus animis parentes, tam corporis quam animi obseruet, moueat eam exemplum CHRISTI: qui, ut Lucas scribit, descendit cum parentibus, et erat subditus illis. Moneantur exempla Ethnicorum, qui adeo perij, adeo religiosi in suos preceptores extiterunt. Et ut ex omnibus unum adferant, non obscurum est ex Homero, quam Achilles ^{εποτ αχαιων} Phœnicem preceptorem, et antehac et legatum ad se ab Agamemnone missum, praeceteris honorifice tractavit. Nec clam esse arbitror, quam Phylliride, cui ut cythara pulsandæ artem disceret, commissus erat, Achilles obseruarit, coluerit, metuerit. Sic enim de illo inquit poëta Elegiographus:

Phyllrides puerum cytharae præfecit Achillem

Atque animos molli contudit arte feros.

Qui toties socios, toties exterruit hostes,

Dicitur annosum pertinuisse senem.

Quas Hector sensurus erat poscente magistro

Verberibus iussas præbuit ille manus.

De illo et Iuuen. Saty. 7. scribit:

Qui preceptorem sancti uoluere parentis

Esse loco: metuens uirgæ cum grandis Achilles

Cantabat patrijs in montibus, et c.

Iam si Achilles rex tantus, Phœnicem preceptorem suum adeo honorauit, adeo coluit: quantum obsecro dedecus est iuueni, cum Achille ne tantulum quidem com-

s s parando,

Id est, munimentum Græcorum

parando, se aduersus præceptorem suū tam honorificum, tam irreligiosum præbere? Si fecit rex ille Ethnicius, quanto magis faciet iuuensis plebeius. Et ut maxime quis patricius sit, cōmunibus tamē baptismi sacris inaugurus est, quæ ei aurem, ut in Proverbio est, uelent, ut præceptor honorem habeat. Achilles Ethnicus etiam Cytharœdum metuit, obseruauit. Et iuuensis Christianus præceptorem suum qui docet eum:

Μήτωρ γένεσις μητρα προπτύρας ἐρωμ.

Hoc est,

Et bene dicendi & uiuendi noscere normam:
non metuet: non obseruabit?

Verg. 2. Georg. Sed nos immensum spacijs consecimus æquor
Et iam tempus equum spumantia soluere colla.

v.

Ne occidas.

Hoc est, neminem manu occide, nemini iniuide, neminem acerbis probrosis incesse, nemini successe. Nam sic hoc præceptū ipse C H R I S T U S Matth. 5. exponit, Audistis quod dictum sit ueteribus, non occides: quisquis autem occiderit, obnoxius erit iudicio. At ego dico uobis, quisquis irascitur fratri suo temere, obnoxius erit iudicio. Quicunq; uero dixerit fratri suo Racha, obnoxius erit concilio. Quisquis uero dixerit fatue, obnoxius erit gehennæ incēdio. Exigit ergo hic à iumentute Deus, ne homicidiū perpetret, ut quod Deus non

non unquam multum patietur. Exemplum habes in Cham, Gen. 4. Exigit, ut irā frenet. Vnde ad Eph. 4. inquit PAVLVS: Irascimini, et ne peccatis: Sol nō occidat juper irā uestrā. Et ut prophana sacris admiscerā. Poëta quoq; inquit:

Vince animos iramq; tuam qui cætera uincis.

Et rursus:

Pertinet ad faciem rabidos compescere mores

Candida pax homines, trux decet ira feras.

v i.

Non sis adulter.

Id est, Tu quantus quantus es, et corpore et animo, ne adulterio te confusurca: ne corpus libidinibus effuet, ne mens cupiditatibus ueneris ardeat, oculos, manus cōprime. Nam sic CHRISTVS Matth. 5. praeceptum hoc exponit, Auditis, quod dictū fuerit antiquis, non cōmittes adulteriū: at ego dico uobis, quod quicunq; affixerit uxoriē alterius ad cōcupiscendum eam, iam adulteriū cum ea cōmisit in corde suo. Atq; hic audit iuuentus, Deū summam castimoniā exigere. Audit libidinem omnē, siue illa adulterio, siue scortatione fiat, prohiberi. Et ut de scortatione pauca dicam, Descortatione, hac sanè nulla maior, nulla turpior pestis homini accidere potest, ut quæ totū hominem adeò cōmutat, ut nō cognoscas eundē esse. Testis est David, quo nemo magis masculus, nemo cordatior erat: at is, ubi turpissimē libidinū

libidinis æstu exardet, adeò sui dissimilis euadit, ut uere de illo, uerbis pauculis cōmutatis dicere posses, O quantum mutatus ab illo es Dauide: usque adeo uerū illud Ozeæ 4. Fornicatio, & uinum, & ebrietas, auferunt cor. Accedit huc quod cum Deus Opt. Max. precipiat, ut corpori nostro suum honorem, quiete à uiria mortuōs, ut Paulus inquit, & puritas indelibatum seruemus. Is quis contatur, in corpus suum peccat, i. ad Corinth. 6. hoc est, corpus illo suo honore fraudat.

Id est, sanctificatio

Ἐπιστολ. Vide Eras.
proverb. Da
eius bonorum.

Quid uero commemorem, quantum ἐπιστολ (ut in Græcorum proverbio est) malorum scortatio cū omnis generis, tum liberalibus artibus addictæ, iuuentuti ad portet: nimis patrimonij profusionē, famæ dispensidium, uiri corporis eneruationē, innumera morborum agmina, morbum regiū, quem pleriq; Gallicum appellant, morbum testicularem, φθορη: non raro enim compertum est iuvenes non parum multos, qui se scortationi dederant, acceptis ab amicis, inimicis portius philtoris, contabuisse. Taceo, quod nil scortationi, cum literis cōmercijs sit, id quod etiam poëtæ mirirerum omnium adumbratores in hoc designarunt, dum et Palladem è cerebro Louis natā, et Musas uirgines esse, confinxerūt. Quod si haec que cōmemoraui, iuuenem à scortationis studio non absterreant. Absterreat illud quod Deus non ullum ferè peccatum grauius puniat, quam scortationem. Quid obsecro Sodomam ex Ger-
morrām

Scortationi nihil cum literis.

Scortationis punitio.

Gene. 19.

morrare urbes florentissimas adeo in cinere redigit,
 ut ne ruina quidem supersit? quid illarum urbium in-
 colas, eternis cruciatibus destinavit? scortatio et stu-
 prum. Sic enim, inquit Iudas in Epistola sua: Sicut So-
 doma et Gomorra, et ijs finitimae ciuitates, quae ad
 consimilem modum cum illis stupris inquinatae fuerat,
 proposito sunt exemplo ignis eternipoenam sustinen-
 tes. Cur uero Dominus uiginti tria milia hominum ex
 populo Israelicu, uno die occidit? scortationis stupri
 ergo. Sic certe PAULVS in Epistola ad Corinth. prior-
 re, cap. 14. inquit: Neque stupris inquinemur, sicut
 quidam illorum stupris polluti sunt, et ceciderunt uno
 die uiginti tria milia. Absterreant iuuentutem a scortati-
 one scripturae sacrae, quae tam crebro et prohibet, et
 poenam huic libidini propositam certo adfirmat. PAU-
 LV 1. ad Corinth. 6. Fugite scortationem, inquit. Et ad
 Thessal. 4. Hec est uoluntas Dei (arrigat aures iuuen-
 tus) sanctificatio vestra, ut abstineatis a scortatione, et
 sciat unusquisque uestrum, suum uas possidere cum sanctifi-
 catione et honore, non cum affectu concupiscentiae,
 quemadmodum et gentes, quae non nouerant Deum. Salo-
 mon cap. 5. Stillans fauus est scortios: et mollius est q
 oleum collum eius: uerum postrema amara sunt uelut
 absynthium, et acuta ceu gladius: proinde filii ausculte
 mihi, nec a sermone meo discede, uia eius procul fugito,
 Nec accede ad fores aedium eius. Porro, poenam propo-
 sitam

fitam ostendit PAVLVS ad Corinth. 6. Neq; scortatores, neq; adulteri, regni hæreditatē accipiēt. O sce-
lus abominādū, ô scelus iuueni, cū remis tū uelis fugiē-
dum. Audis scortatores régni æterni hæreditate pri-
uari: hoc est, perpetuis inferni tenebris addici. Inimic-

Quo pacto
scortationem
refugere po-
cerimus.

Precibus ad
Deum.

Et scortare. At inquiet aliquis, quinā hoc malū tade-
testabile fugere possum? Audi, ut fugias, hoc primū re-
mediū erit, si à C H R I S T O Opt. Max. quotidie intimes
precibus cōtenderis, ut pudicitia tuae florē illibatum
conseruet: si C H R I S T V M ex toto peccatore rogaueris,
ut te à turpiſſimo libidinis incendio liberet, tum sanā
C H R I S T V S, ut est erga pudicos animo propensiſſi-
mo, intē efficiet, ut nullo prorsus scortationis ardore
inflameris. Audi obsecro, quid dicat Salomon cap. 2.
Eripiet item sapientia (id est, C H R I S T V S qui est sa-
pientia à Deo, prima Corinth. 2.) à muliere aliena,
quæ te blāditijs uēditat, et reliclo pristino marito, pa-
eti diuini obliuiscitur. Ut scortationē effugias, et illud
effecerit, si otium, ut omniū malorū, ita unicū scortatio-
nis seminarium fugeris, noti sunt isti uersiculi Poëtæ

Fuga otij. Otia sitollas periere cupidinis arcus,

Contemptæq; iacent et sine luce faces.

Quæritur Aegyptus quare sit factus adulter?

In promptu causa est, desidiosus erat.

Quàm platanus riuo gaudet, quàm populus unda,

Et quàm limosa canna palustris humo:

Tan

Tam Venus otia amat: finem qui queris amori,

(Cedit amor rebus) res age, tutus eris.

Est et celebris uox senis illius Terentiani cōquerentis de amoribus filij. Ex nulla alia re istud, nisi ex nimio otio uenit. Tū si ab hoc malo immunis esse uis, illorū cōtubernia cane peius et angue odi, qui in scortis male audiūt: ut enim corporis, ita et animi uitia contagio serpunt in uicinū. Vnde illud Senecæ in lib. de ira tertio, quod utinā iuuenes nō legerent solū, uerū etiam mentibus insculperent: Sumūtur, inquit, à cōuersantibus mores. Et ut quædā in cōtaclis corpore uitia transiliunt, ita animus sua mala proximis tradit. Ebriosus conuictores in amore uini traxit. Impudicorū cōetus fortēq; et si liceat uirū emollit. Porrò nec illud partē ad uitādū hoc scelus fecerit, si prospexeris, ne te illis ad iugas, qui nil nisi de scortatione, de stupris blatterāt.

Φόροις καὶ ἀθλησίαις ὁμιλίαι λαναί. Id est,

Corrumput bonos mores colloquia praua.

Fuga impeditorum.

1. Cor. 15.

Quem uersum est apostolus PAULVS priori ad Corinth. Epistolæ inserere dignatus est. Deniq; si scortari noles, occasiō scortandi fugito. Proinde PAULVS dicit φέρετε τὸν πόρνιαν. Id est, Fugite scortationem. Ecce fugā, et hoc malū à nobis propulsare, admone uult. Exemplū est nobis Ioseph, qui ne turpi amo re uxoris Pharaonis accēderetur, eam quoad ciuius fieri poterat, fugiebat. Flāma, inquit Comicus quidam,

Occasio scortandi fugienda.

fume

fumo proxima est. Si libidinis flamma inflammari nō uis, & loca & homines fuge, à quibus ad hoc uitij in-

Prouerb. 6. citari potes. Nā ut Salomō inquit, ut fieri nequit, quoniam adurat uestem, quisq; ignem in sinu fouerit: & pedes haud dubie læserit, quisquis supra carbones incesserit. Ita, quisquis ad alterius uxorē adcesserit, quisquis attigerit, feret infortunium. Et quod penè præterieram: à scortatione alienus esse uis, cura ut immodestam & uini, & cereuisiae ingurgitationem, id est,

Ebrietas uita- ebrietatem uites. Notum est illud Valerij:
tanda. Venter uino æstuans facile in libidinem despumat.

Notum est illud poëtae:

Vina parant animos Veneri.

De adul- Et hæc quidem, quæ hactenus dixi, ad scortationē
cerio. pertinet: quid uero de adulterio dicam: quod ut à scor-
tatione nō nihil diuersum est, ita nō minus malorum in-
uehit, non minus Deo aduersum existit, non minus po-
na homini creat. Dicit enim P A V L U S: Neq; scortato-
res, neq; adulteri regni hereditatem accipient: sed de
hoc alijs. In præsentia satis sit iuuentuti cōmonstrasse,
quām turpis, quām omnibus malis referta, quām Deo
odiosa res sit scortatio, satis est me ostendisse, malum
hoc diuina gratia et alijs honestis functionibus expu-
gnari posse. Faxit C H R I S T Y S, ut hoc sce-
lus quām est detestabile, tam iuuentuti
exosum reddatur. Amen.

NON

V I I.

Non furtum facias.

Hoc est, bene merere de proximo tuo, illius bona ne cōpila, ab usuris illicitis tibi tempora. Huc facit illud PAVLI: Qui furatur, non amplius furetur, magis Ad Ephes. 4.
autem operetur, laborando manibus quod bonum est,
ut possit impartire ei, qui opus habuerit.

V I I I.

Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium.

Hoc est, neminem falso testimonio opprime: ne in testem vocatus, cōtra proximum circumueni, claram proximi tui famam ne obscura, ne obtreclationibus, ne calumnijs indulgeto. Hic exigit à iuuentute Deus, ut ueritatis amore teneatur, mendacij odio capiatur. Sic enim PAULVS: Quapropter, deposito mendacio, lo- Ephes. 4.
quidini ueritatē quisq; proximo suo, quoniam sumus inuicem membra. Hic exigit Deus, ut iuuentus uitium Obtreclatio-
illud proximo obtreclādi, uel clam, uel aperte, hoc se- tio.
culo proh dolor adeò uulgarū in omnibus circulis, con-
uiuijs, prandijjs, coenis fugiat. Id quod ut iuētus faciat
præter edictū Dei, etiā illud ab ea impetraverit, quod
in proximo nihil damnare, nihil maledicā lingua per-
cerpere potest, quin illum, qui proximū ita labi, ita ex-
rare patitur, damnet, lingua petulāti incessat: damnas
illum, quod nō insigniter doclus est: sed hec stu an non
damnam⁹

¶

damnam⁹

dammando proximū, damnas Deum, qui pro suo consilio, unicuique impedit id quod uult? Obtrectas huic quod iam hic, iam alibi lapsus sit, at illa obtrectatione insultas Deo, cui stat quilibet et cadit, ut P A V L U S

- Rom.14. ad Romanos scribit: Obtrectas huic, quod non opibus abundet: obtrectas igitur et Deo, a quo paupertas proficitur. Ecclesiastici undecimo: Bona et mala, uita et mors, paupertas et honestas, a Deo sunt. Breuiter, quid de ullo homine male praedicare potes: qui male praedicando de homine, et de Deo omnium rerum autore praedices? Quid, quod cum nemo, ut Poëtaille Ethnicus inquit, sine uitijs nascatur: qua nam fronte proximo obtrectare audes, qui in te tam multa obtrectationi, si ea licita esset, exposita ostentas? Insanū putas, si claudus loripedem derideat, de illo male praedicit. Cur non etiam insanū putas, si tu eiusdem, quod ait, cum proximo monetae in proximo tuo insecatando, tam ridicule, tam uirulente declamas. Accedit huc, quod iuruentutem uel cum primis ab obtrectandi studio abstrahat, nempe quod sacrae literae, hoc uitiū adeò execrantur, adeò detestantur, adeò interdicunt, Leviticinonō inquit Dominus: Non eris criminator, nec susurro in populis. Proverbiorū uigesimoquarto: Cogitatio stulti, peccatum est, et abominationis hominum detractor. P A V L U S ad Ro. primo: Inter nos autem ueritatem, id est, obtrectas eres quoque numeratus. Denique ab hoc in-

Impios de-
tractores,

tio iuuentutem absterreat, quod Deus obteret andistudium grauiſſime puniat. Cuius exemplum in historie Susanna, Danielis 13. memoriae proditum est.

I X. E T X.

Non concupisces uxore proximi: non desiderabis uxorem proximi, nō seruum, nō ancillam, non bouē, non asinum, non omnia, quae illius sunt.

Hoc est, ne honorū proximi tui cupiditate flagres, ne optat tibi bene esse, etiam si proximo sit male: ne inuides proximo et honestā, et pudicam uxore, bene educatos liberos, fidelē & sedulam familiā, & ut ἀπόρους Id est, bre dicam, præceptū hoc exigit, ne quis cupiat omnia sibi uiter, ad nutū fluere, etiam si proximus extrema paupertate distorqueatur. Neq; uero Christianum est, quod impius ille apud Terent. gannit: Omnes sibi melius esse malunt, quam alteri: inō omnes alteri melius esse maluerunt, quam sibi. Charitas enim Christiana nō querit quae sua sunt, sed quae aliorū, prima ad Corinth. 13.

P E R O R A T I O.

Ex his decem præceptis, opinor, iuuentus didicit, quid nam Deo, quid nam proximo debeat. Debet uero Deo, fidem, spem charitatē, religiosam nominis eius usurpationē, Sabbatorū eius sanctificatiōrem. Proximo debet charitatem, quae est totius legis Id est, reorā, & sententia, iuuentus pitulatio.

6 2 tenet;

tenet, quæ uita Deo cordi, quæ odio sit: qui mores Christianum redoleant, qui paganū resipiant. Cæterū cum Deus Opt. Max. hominem ex corpore & animo constituerit, me pretiū opera & facturū reor, si id quod etiā in principio recepi, paucula quædā præcepta de cura, tam corporis quam animi, præscripsero. Tum nec abs te erit, si & in plerisq; alijs rebus, quid dignū sit, iuuenibus ostendero. Enīm uero cū corpus certis partibus

Id est, decentem.

cōstet, quam potest fieri breuiſſime, curā nū mītū ſu partium corporis, non omniū quidem, sed precipua rum, commonſtrabo. Et primū omnium, qualis cura totius corporis iuuenem deceat. Ouidius his uerſiculis, ut eruditissime, ita breuiſſime complexus est:

Mundiciae placeant, fuscetur corpora campo,

Sit bene conueniens, & fine labe toga.

Linguaq; nec rigeat, careant rubigine dentes,

Nec uagus in laxa pestib; pelle natet.

Nec male deformet rigidos tonsura capillos,

Sit coma, sit docta barba reſecta manu.

Et nihil emineant, & fint sine fōrdibus unguies,

Inq; caua nullus ſtet tibi nare pilus.

Nec male odorati ſit tristis anhelitus oris,

Nec lædat nares uirq; paterq; gregis.

Quam ſepe admonui netrux caper iret in alio;

Quid ſi præcipiam ne fuscet inertia dentes,

Oraq; fufcepta mane lauentur aqua.

vt

VT OCVLIS VTI IVVE-
nis debeat.

Ne paſſim, ut Salomon inquit, uagentur oculi, ſed
recte te praeſcurrant.

QVALIS CVRA MANVVM
iuueni habenda.

Manus fōrdibus careant. Et, ut Poëta dixit:
Et nihil emineant, & ſint ſine fōrdibus unguēs.

Dum iuuenis cum uiro aliquo graui colloquitur,
manus compositas habeat, nec ut rusticis ferè in more
eft, inter colloquia aut manibus gesticuletur, aut è mi-
tra plumas, ſi quæ inſederint, carpat.

QVAE PEDVM CVRA IV-
uenem deceat.

Inter colloquendū iuuenis pedes coiunctos ha-
beat, nec more ebriorū huc illuc uacillet, id quod moni-
turus non eram, niſi & id iuueni ornamento eſſe, ſatis
certoſcirē. Aliorum membrorū ἐπίποπ & curam, in
præſentia nō referam, tū quod infiniti laboris futurū
eft, tū quod membrorū primariorū curā ἐναντίον
uertendiffe, ſatis duco. Cum uero & non parū referat,
quoniam incessu utatur, & de illo pauca ſubijciam.

Id est, de-
centiam.

Id est, adole-
ſcente dignam.

INCESSVS IVVENE
dignus quis.

Recta incede, & uiae tuæ rectæ ſint, nec declina ad
dextram nec ſinistram, deflecte à malo, hec Salomon.

t 3 Cur

Cur enim nō ex illo potius quām alio scriptore, iuuenitatis mores formem? ut qui spiritu Dei adflatus, Gnomas Christianae iuuētuti semp̄r in sinu gestādas, imo ediscendas potius edidit. Huc refer & illud Ciceronis ex lib. Officiorū primo: Caucendum est aut ne auctaritatis utamur ingressu mollioribus, ut similes pomparum ferculis esse uideamur: aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates, quae cū fiunt, anhelitus mouentur, uultus mutantur, ora torquentur. Ex quibus magna significatio sit non adesse constantiam.

Q V A L I S C V L T V S I V X T A V E
stitus corporis iuuenem ornet.

Cū nō parū referat qui cultu, per iter et uestitu corporis iuuenis utatur, libet & de utroq; pauca subijcere: Sint procul à nobis iuuenes ut foemina compti,

Fine colimodico, forma uirilis amat
Forma uiros neglecta decet.

De uestitu iuuentutis nō est quod multa præcipia, cū tot ferē genera uestitus sint, quot rationes existant, proinde hoc admonuisse satis sit, ut iuuenis uestituse digno ornet. Et hoc unū cum primis curet, ut membra virilia obtecla, & ab hominum obtutibus remota sint: quae enim, inquit Cicero in lib. Officiorum primo, natura occultauit, eadem omnes qui sana mente sunt, remouēt ab oculis, ipsiq; necessitatib; dant operā, ut quām occultissime pareat. Hæc ille. Sed quid hodie proh perdon.

dor fit? Ecce, iuuenes perficta fronte, corām honestissimis puellis, corām integerrimis matronis, corām ipsis etiam praeceptoribus, membra illa uirilia impudentissime ostentant. Et ubi à praeceptore admonētur, ut illa obtegant, nescio quot paralyxes ei imprecātur: in hos sanè Cynædos, Academiarum moderatores, uel grauiſſime animaduertere deberent. Indignū enim est iuuentutē in tanta iuerecundia adoleſcere: indignum est illam iuerecundiam inuitam existere.

QVALES MORES IN MENSA
iuuenes deceant.

Cum pleriq; iuuenes adeò incepit, adeò rustice se inter prandendum, iuxta coenandum gerant, proinde & de mensæ moribus pauca præcipere duxi. At qui mores inter cibum capiendū iuuenes ornent, Ouidius paucis uersiculis scitissime complexus est:
Carpe cibos digitis, est quidam gestus edendi:

Ora nec immunda tota perunge manu.

Né ue diu præsume dapes, sed desine citra

Quām cupias, paulo quām potes esse minus.

Et ut obiter quoq; hoc admoneā, iuueni inter prandendum, coenandum, cōmessandum, ebrietatē fugiendam esse. Tum quod literæ sacræ eam Christianis interdicant. Sic enim *Lucæ 21. C H R I S T U S* inquit: Cautete, ne grauetur corda uestra rapula et ebrietate. Et *P A V L U S* ad *Romanos 13.* inquit: Tanquam in die
t 4 composite

Ebrietas fu-
gienda.

Mala ebrietate sequentia. composite ambulemus, nō in cōmēssationibus et ebrietatibus. Tum quod nulla res sit, quae plus malorū iuuenibus adportet. Hinc enim, ut Plinius scribit, pallor

et genæ pendulae, oculorū ulcera, tremula manus effundentes plena uasa, et (que sit pœna præsens) furiales somni, et inquieres nocturna. Salomō in Gnomis suis: Vinum, inquit, subsannatores facit, et tumultus ebrietas. Verum quod omniū malorum ultimum est: Ebriosos PAVLVVS regni Dei hæreditatem non consecuturos, in epistola ad Corinthios priore, cap. 6. scribit. Et hæc quidem de ebrietate fugienda uerbi propter iuuentutem admonitam uolo. Quod si bibere uoleat, ita bibat, ut officiū præstent mensq; pedesq; suū, sic enim Ouidius in primo artis. Sed cur non alios quoq; illius Poëtæ uerficulos refero?

Lurgia, inquit, præcipue uino stimulata caueto
Et nimium faciles ad fera bella manus.

Occidit Eurytion stulte data uina bibendo
Aptior est dulci mensa merumq; ioco.

Atq; utinam iuuentus studiosa Romuliregis illius Romanorum exemplū inter bibendum emularetur, qui ad coenam à quodam inuitatus, cū non ita multum bibisset, quia postridie negotiū haberet, ei dicunt: Romule, si istuc omnes homines faciant, uinum uilius sit. Tum ille: Imò uero carum, si quantum quisq; uoleat, bibat: nam ego bibli quantum uoluui. Quod si iuuentus so-

bris

brias, ut æquum est, cōpotatiunculas adornauerit, ex
inter præbibendum aliquid serij agat, ne & hoc tem-
pus frustra adfluat. Nimirū iuuenis præbibiturus suo
compotori, uersiculo aliquo ex tempore conficto præfe-
tur. Et ut docendi gratia exempla pauca subiçiam.

F O R M U L A E . P R A E-
bibendi.

Hoc tibi rūe xadipos poclum do chare sodalis.

Velsic,

Præbibo quicquid id est pocli studiose Iacobe.

Velsic,

Iam bibo, deinde statim me Petre sequare bibendo.

Vbi is cui præbibitur, respondere poterit uersicula
quoq; eiusdem farinæ, hoc est, extemporario. Ethoc
quidem uel pentametro, uel si potest, hexametro:
Sit felix faustum Petre diserte tibi.

Velsic,

Sit felix charius, potus utriq; tuus.

Velsic,

Accipio oblatum pergrato pectore poclum.

Q V I B V S D E R E B V S I V V E N T V S
inter cibum capiendum confa-
bulari debeat.

In mensa iuuenes nec omnino muti sint, nec nemū
loquaculi, siquidem illud tristis, hoc stolidæ mentis in-
dicium est. Quod si uero loqui uolent, de rebus hone-

tis, satis,

Itis, et illis è quibus tam ipsi quàm alijs cōuictores meliores abeant, loquantur. Et ut syluā quandam sermonum, qui iuuenes inter edēdum deceant, cōmonstrem. Aliquando de nomenclaturis ferculorū, quæ in mensam apponūtur, inter se sermones conserant. Aliquando de uarijs potus generibus confabulentur.

Id est, absurdum. rò ἐρωπ fuerit illi, quæ interdiu uel à præceptoribus audiuerūt, uel priuatim suo Marte legerūt, ueluti contentionis malum in mediū coniucere, et aliorum quoq;

Carnium de illis sententiam inquirere. Non ineptū fuerit ex de varietas.

Aues. rere. Nimirū aues imbecillius alimētū sufficere quàm quadrupedes, præsertim quàm sues, sed cōcoctu facilius. Aues iuniores ueteribus humidiores existere, iu-

Anserina. xtacoctu faciliores, tū alimenti ualidioris. Anseris carnem plurimū superfluitatis in humano corpore relin-

Suilla. quere, ægre cōcoqui. Præterea carnē suillam ualidam quidem esse, sed ex illius esu alimentū contrahi ex glu-

Ouilla. timosum, et haud facile dissipatu. Ouillam carnem su-

Bubula. perfluitatibus redundare, maliq; succi esse. Bubulam

Leporina. carnem, atram bilem parere. Leporinam carnē craſi

Ceruina. succi existere. Cerui carnē duram coctuq; difficile prebere alimoniam. Hec ex huiusmodi (quæ cū aliās, tū in Paulo Aegineta traduntur) inter comedendū producere admodum et decorū, et utile erit: tum si quis quid de his uel illa aue, de hac uel alia fera, de hoc uel illo

piscium

piscium genere, quod memorabile sit, uel legerit, uel audierit, exponat. Cuiusmodi est illud Martialis (Exempla enim pauca, ut iuuentus ad similia & obscuranda, & promenda acuatur, adferam.)

Inter aves Turdus, si quis me iudice certet,

Inter quadrupedes gloria prima lepus.

Sic eiusdem est illud de Anseri:

Hec seruauit avis Tarpeia templum tonantis:

Miraris, nondum fecerat illa Deus.

Sic Plin. de uulpe scribit, animal esse solerti auditu, Vulpes; ut quod aure ad glaciem adposita, coniectet crassitudinem gelu. Sic de ceruis scribit, quod cum erexerint au Ceru- res acerrimi auditus, cum remiserint, surdi existant.

Huc refer & sermones de lacte. Nimirum lac co- Lac.
clum alere quidē corpus, sed gingivis dentibusq; offi-
cere. Lac Caprinū mediocris esse substantiae, Ovillum
crassioris. Huc accerse & colloquia de ouis Gallina- Oua.
rum, Phasianorumq; oua prima existere. Sorbilia me-
lius descendere, et gutturis asperitatem lenire, reliqua
omnia coctu difficultia existere. Porro, fricta in sartagi-
ne omnū pessima esse. Adhac & de uini generibus pa- Vini ge-
riter, quod uinū alio præstantius, quod magis nutriat,
iuuentus confabulabitur. Sic nullū non uinū nutrire,
sed rubicundū magis. Cæterū rubicundum uinū non
boni succi esse, dulce nutrire quidē, sed stomacho inimi-
cum existere. Acerbum, ut stomacho gratū sit, ita non
facile

facile transmitti, ac minus alere, et id multo minus, si
album existat. Sub haec inter comedendum et illud non
absurdum erit, si iuuatus inter se colloquatur, ubi Vir-
gilius, uel Theocritum, uel Homerū uersibus suis ex-
presserit. Cuismodi est illud (ut et badius regustum
quendam præbeam) apud Virgilium in Eclogis:
Ut uidi ut perij, ut me malus abstulit error.

*Quem uersiculum ex Theocriti Idyllo apposi-
tiſſime traduxit.*

Σέ ιδοψ ως ἴμανις μὴ περὶ θυμὸς ιδοθε.

Cuiusmodi est et ille uersiculus Ecloga 3.

Nec dum illis (de poculis uerba faciens)

Labra admoui, sed condita seruo.

*Quem ex Theocriti illo in Idyllo primo bellissi-
me deriuauit:*

Οὐλείπω τοι: καθός ἴμερος οἴηται πάλλ' οὐλεῖν.

*Est apud Virgilium in 2. Acneidos Periphrasis
uenientis noctis:*

Vertitur interea coelum et ruit Oceano nox

Inuoluens umbra magna terramq; polumq;.

*Hanc Periphrasin ex libro Iliad. Homeri 8. tran-
stulit, uersus Homerisunt:*

Ἐπ' αὖτες ὁκεανῷ λαμπρὸς φάθη οὐλεῖοιο

Ἐλπορνύκτα μίλαναριπὶ γείδωρομ ἀρεστοῦ.

*Et quod penè oblitus eram, inter comedendum de
Sacris quoq; literis iuuenes cōferent, et in memoriam
rehocabunt*

renocabunt ea quae ab eruditis cōcionatoribus audiuerunt. Conferent inter se locos quosdam P A V L I , qui prima fronte pugnare uidētur . Pluribus monco, quilibus sermonibus iuuentus inter edendum utatur, idq; hoc nomine, quod exploratū habeam, quām friuolis, quām obscuris sermonibus omnia prandia, omnes cœnae, omnes cōmessationes iuuenū perstrepan. Quotus enim quisq; uel Latine loquitur? quotus quisq; inter prandiu, inter cœnam uel uerbulo rerū, quarum modō mentionē inieci, meminit? Optimus ferè conuictor est, qui quām spurcissima euomat. Bellus conuua est, qui non nisi Bacchū, Venerē, et nescio que alia uālēta, ut P A V L I uerbis utar, effutit. Cæterū cum Dominus de quolibet uerbo otioso à nobis rationē excluderis sit, Matth. 12. curabit iuuenis, ut sermonis rationem habeat, et nihil dicat, nisi quod, ut P A V L U S inquit, nō solum oīre domini proximi redundant. Neq; uero inter comedendū, tantum ne os sermonibus lapsabundis et uanis scateat, cauendū est, sed ubi ubi erit iuuenis, ne quid pestilens, ne quid spurcū euomat, prospererit. Sicenim P A V L U S ad Colos. inquit: Sermo uester semper cum gratia sit sale conditus, ut sciatis, quomodo oporteat uos unicuiq; respondere. Porro, ut hoc obiter indicem, sermonē sale conditum, P A V L U S uocat sermonem non insulsum, ineptū, spurcum, sermonem qui eruditat rudem, consolctur pusillanīmem, erigit

Id est, nō conuenientia.

Id est, ad edificationem.

Sermo sale conditus, quis Paulo.

gat lapsum. Et hactenus quidem de sermone iuuenibus
digno, ultra modū, uel potius intramodum diximus.

DE ANIMI CVRA
in iugorum.

CVM, quæ cura corporis iuuētuti suscipienda
sit, quām fieri potuit paucissimis, à nobis di-
cū sit, paucula quoq; de animi cultu, ut et paulò antē
recepimus, iuuenes admonebimus. Primo omniū curet
iuuenis, ut animū diuinæ particulā auræ, ut Horatius
inquit, clarum uirtutibus politicis reddat: cuiusmodi
sunt, sapientia, prudentia, pietate, iustitia, liberalitate,
temperantia, modestia, & si quæ aliae uirtutes politi-
cæ existant. Deinde, si ad bonas literas discendas tra-
ditus est, à Deo Opt. Max. prosperū in literis succes-
sum petat. Siquidē ut literæ bone Dei dona sunt, i. ad
Corinth. 12. ita quoq; illo fortunante in illis progres-
sum facimus. Sic enim inquit Salomō: Deus ex ore suo
sapientiam, scientiam, & intelligentiā largitur, redi-
dat successum. Tū ubi iuuenis literis operā nauare o-
ceperit, urgeat institutū: non secus uocationi (ut PAV-
& I uerboutar) atq; Poëta scenæ seruat, animū indu-
cens, credere tā Deo exosum esse, si præceptorī ad his
manitatem informandus creditus, non officiū suum fa-
ciat, quām in re alia quapiam: non quod & se dignum
sit, & Deus uelit, præstet. Vult enim Deus, ut quisq;
uocationi sue pro sua uirili faciat satis. Iam si ad animi
cultum

cultum capiendū Dei Opt. Max. benignitate uocatus es, tuum erit officiū uocationi tuæ, quantum in te est, respondere. Id quod utinā pleriq; iuuenes hoc nostro seculo, & scirent, & secum reputarēt, haud dubie non tam segnē operam in literas collocarent. At uero cum Deum in illorum segnitiam nō animaduersurum credant, mirum est quām frigide literarum studia excollant. Præterea hic omnem, quod aiunt, rudentem moerat iuuenis, ut literarum sacrarū panoplia, animum suum aduersus diaboli, mundi, carnis, capitales iuuentutis hostes, aduersus omnia uitiorū genera propulsanda munitū & infractū habeat. Nulla enim est tam ualidatētatio, quin eam sacræ literæ retudant ac frangant. Et ut paucula exempla docēdi gratia proferam:

DIABOLO RESISTEN-
dum esse.

Docet Petrus in Epist. priore, cap. 1. Sobrij estote, uigilate, quoniam aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiēs obābulat, quærēs quē deuoret, Cui resistite, solidi fide. Iacob. 4. Resistite diabolo, et fugiet a uobis.

NON ANIMVM DESPONDEN-
dum in aduersis.

Docet CHRISTVS Ioannis decimoquarto: Non relinquam uos orphanos, ueniam ad uos. Et Ioannis decimosexto: Vos autem moeorem adficiemini, sed moror uester uertetur in gaudium, &c.

NON

NON CARNIS LIBIDINIBVS
obtemperandum.

Ad Romanos 13. Carnis curam ne agatis ad concupiscentiam, &c.

NON MUNDI ILLECE-
bris indulgendum.

Prima Ioannis secundo: Ne diligatis mundum,
neque ea que in mundo sunt: si quis diligit mundum,
non est charitas patris in eo.

VITANDAM ESSE
scortationem.

Prima ad Corinth. sexto: Fugite scortationem,
Omne peccatum quodcumq; fecerit homo, extra cor-
pus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat,

FUGIENDAM ESSE EBRIE-
tatem & crapulam.

Lucæ uigesimo primo: Cauete autem uobis, ne quan-
do grauentur corda uestra crapula & ebrietate.

NON INSOLESCE-
dum esse.

Prima ad Corinthios tertio: Quid autem habes
quod non accepisti? quid gloriaris quasi non acceper-
is? Prima Petri quinto: Humilitatem animi uobis in-
fixam habete: propterea, quod Deus superbis resistit,
bumilibus autem dat gratiam.

CNANEM

IN ANEM GLORIAM
fugiendam.

Quinto ad Galatas: Ne efficiamini inanis glorie
cupidi, inuicem uos prouocantes, inuicem inuidentes.

A CALVMNIA LINGVAM
frenandam.

Leuitici nono: Non eris criminator et susurro in
populis.

BENE MERENDVM DE
male merentibus.

Ad Romanos duodecimo: Si esurit inimicus, pasc
illum: si sitit, da illi potum.

IRAM DOMAN-
dam esse.

Ad Ephesios quarto: Irascimini, et non peccatis.
Sol ne occidat super iram uestram, et c.

SERMONES SPVR COS
uitandos,

Omnis sermo spurus ex ore uestro nē procedat,
sed si quis est bonus, ad ædificationē, etc. ad Ephes. 4.

Hæc paucula exempla docēdi gratia subiecisse suf-
fecerit: aduersus alia uitia, alios scripture & sancta lo-
cos iuuenis cōquirat. Et in primis illos locos in prom-
ptu habeat, qui conscientiam consolentur. Cuiusmodi
est ille Ioan. 2. Sic Deus dilexit mundū, ut filium suum
unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pe-
reat, sed habeat uitam eternam. Et ille apud Matth. 11.

cap. Et uocabis nomen eius I E S U M, is enim saluū faciet populum suum à peccatis suis. Teneat et iuuenis locos, qui ad charitatem proximi nos uocat, ut est ille Ioannis II. Praeceptum nouū do uobis, ut diligatis uos inuicem, sicut dilexi uos, ut et uos diligatis inuicem. Sed quid multa, hæc de instituendis iuxta corrigendis moribus iuuentutis, in præsentiarū dicta à me sint: qui plura scribere, hac de re uoleat, scribat, per me licet, exceptiat lampada cur, u: nobis sat est, ut cūq; uiam quādā et cōponēdi, et corrigēdi mores iuuenib. aperuisse.

FINIS.

DE DISCIPLINA ET PVERORVM INSTITV. TIONE, OTHONIS BRVNFELSI Parænesis.

QVOMODO MANE SVRGENDVM.



T T E N V A N T, ut im-
quit Ouidius, vigilare
corpora noctes.

Quare in primis ha-
benda cura somni, ne aut
plusquā oportet tenuior
sit somnus, aut quām ex-
pedit lethæus.

Septem

Septem horis dormisse, etiam puerō satis est.

Surgens itaq; mane, primū ab ipso lecto in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, Dei auspicaberis ini-
tiū, & dominica oratione cōmendabis te C H R I S T O.

Gratias ages, quod eam noctem uoluit esse pro-
speram tibi.

Deinde precaberis, ut diem itidem illum totum
tibi fortunet bene, ne impingas in peccatum.

Moxueniens in conspectum, felicem diem preca-
beris parentibus.

Inde capillitum comabis, manus & uultum laud-
bis, ut quam primum recipias ad ludum te.

Ante ingressum, spiritum suum, ut tibi largiatur
C H R I S T U S, orabis, quia citra illius opem, frusta-
neum est quod tentatur.

Interim tamen sic stude, quasi nihil sit ille auxiliij
laturus, nisi gnauiter laboranti.

Divis deferre salutem, aut inuocare, ut scientiam
dent, Christiano puerō piaculum est.

Vnus est enim Deus, qui uult adorari & coli solus,
qui solus ministrat omnibus omnia.

DE DILIGENTIA ADHIBENDA IN LVDO.

Libenter ausulta.

Et quod agis, toto pectore agito.

Responde uerecunde.

Praua non mordicus confuta, sed uerecunde.

¶ 2 Ante

Ante omnia caue, ne meritò uapules.

*Ne quid dicto factóue, uel præceptorem offendas,
uel sodes tuos.*

Disputantem contra te, magis doce, quam uince.

*Lectione aßidua, pectus tuum bibliothecam fac
CHRISTI.*

Ab infantia disce sacras literas.

Pro lectione quotidiana, pensum fixum habeto.

*Neq; antè somno indulgeas, quam præclaris ali;
quot sententijs pectoris calathum oppleueris.*

*Interdum siquid de penso lectionis omissum, mul-
tam tibi iniungito.*

*Disce certis quibusdam ingenij assuescere et ini-
nit, quæ exprimas.*

Probatores autem legit semper.

*Non abscedat dies, in quo non aliquid adiicias, ut
melior fias.*

*Nam eloquentiae tantum studere, ut eruditione do-
ctorias, non melior, diabolicum est.*

Prodest eloquentia, si VIRTUS fuerit magistra.

Et mores dicentis sunt, qui persuadent, nō oratio.

*Autores quibus paratur eloquentia, sunt, Cicero,
Terentius, Gellius, Quintilianus, Sallustius, ERAS-
MVS. His præcipue uelut principibus eloquentiae
nitendum est.*

Terentium quosdam audio contemnere, et ueta-

re, ne

re, ne pueris prælegatur: sed eos qui nunquam asse-
quuti sunt Terentium.

Neq; nos unquam passim, & absq; delectu omnes
poëtas probauimus.

In disciplinis quoq; liberalibus, itē in Geographia,
historijs, & in studijs linguarum cōuenit saltē pri-
ma elementa attingere in pueritia. Sed de hoc aliās.

D E R E D I T V E X L V D O.

DImissus à ludo domum propera rursus, nec
in platea moram feceris.

Domi si quid est obsequij præstandum parentibus,
diligenter obi.

Quòd si uacat tecum repetere, quod prælectum est
in schola, repete.

Nihil enīm in uita pretiosius tempore.

Cogita enim quòd irrecuperabile est, & perit, &
quòd transfigitur.

Vbi hora ingruerit prandij, mensam adornato.

D E A P P A R A T V M E N S A E.

MEnsam in tempore adornato: Sed ante ap-
paratum, pocula diligenter mundato.

Mensæ primum supponitur mappa.

Inde circulus æreus.

Proxime salina.

Post hæc orbes.

Ad postremum panis.

De poculorū appositione, patriam imitare. Nam
hic uariant regiones.

CONSECRATIO MENSAE
ex Chrysostomo.

Benedictus Deus, qui me pascis à iuuētute mea,
qui cibum præbes omni carni: reple laetitia ex
gaudio corda nostra, ut affatim, quod satis est, haben-
tes, abūdemus in omne opus bonū in CHRISTO IE-
Sū dominō nostro: cum quo tibi gloria, honor, et im-
perium, cum sancto spiritu, in ænum, Amen.

ALIA CONSECRATIO BREVIS.

Quicquid appositum est, et quicquid appo-
netur, felix ac sacrum esse iubat, qui sua
benignitate pascit uniuersa, Amen.

DE REMOTIONE MENSAE.

Eodem autem modo quo apparatur, ita et re-
mouetur mensa.

Orbes colligentur primum.

Post haec falsamenta et sal.

Inde caseus, uel quicquid aliud est remuatur, id est,
secundarum mensarum.

Ad ultimum una cum pane remouetur et mappa.

HYMNVS ET GRATIARVM ACTIO
post sumptum cibum.

Gloria tibi domine, gloria tibi sancte, gloria
tibi rex, quoniam dedit nobis escas: implenos
gaudie

gaudio & lætitia in spiritu sancto, ut inueniamur in
cōspectu tuo acceptabiles: nec pudicamus, quādo red-
des unicuique secūdū opera sua, Amē. Pater noster, etc.

ALIA GRATIARVM ACTIO.

Gratias agimus tibi pater cœlestis, qui tua in-
effabili potentia cōdidisti omnia, tua inscruti-
bilibsapientia gubernas uniuersa, tua inexhausta bo-
nitate cuncta pascis ac uegetas. Largire filijs tuis, ut alii
quādo tecū bibāt in regno tuo nectar illud immortalis-
tatis, quod promisisti, ac præparasti uere diligentibus
te. Per IESVM CHRISTVM, Amen. Pater noster.

DE GESTIBVS IN MINI-
STERIO mensæ.

Eclus et compositis pedibus sta, sollicite ani-
maduertens ne desit quid. Et cum infunden-
dum, siue quid porrigendum, apponendum, aut tol-
lendum, ciuiliter id feceris.

Amandatus aliquò, redditum matura.

Ante & post epulas Dico benedicas, & consecra-
tionem recitabis.

Astant non turbabis, seu interturbabis aliorū ser-
monem: sed interrogatus, bruciiter respondeto.

Cantharos & uasa ne per obliuionem confundas,
alterum fundas pro altero, si uaria sunt uina.

Salis ne obliuiscitor.

Scissum uel confractum, mensæ ne apponito.

Internoctu sub coenā aduigilato attente pro emun-
gendi lucernis, & ne quid foedi odoris in nares re-
dolcat conuiuantium.

Emungens ne extinguito.

Sed nec assueces etiam quicquid de mensa remo-
tum est, uel reconditum domi habetur, abligurire.

Actis gratijs, & sublatis omnibus, si quid uacat,
lusū quopiam honesto animum laxa cum sodalibus,
donec hora reuocet in ludum à lusū.

DE MORIBVS OBSERVAN-
DIS IN CONUIUO.

Si autem contingat, ut ipse quoq; mensa accum-
bas, hæc obseruabis:

In primis ungues præciso habeto.

Manus lauato.

Erectus accumbito.

Hospiti collocanti acquieueris.

Ebrietatem fuge.

Sobrius esto.

Sic præbebis hilare mte, ut semper memineris quid
deceat ætatem tuam.

Postremus omnium admoueto manum patine.

Si quid datur lauius, recusato modeste.

Si instabitur, accipe, & gratias age.

Mox decerpta portiuncula, quod reliquum est, illi
reddito, aut alicui proxime accumbenti.

Alterius

Alterius tamen uxori, marito absidente, nihil redideris.

Similiter principi aut magnati nihil reddideris.

Parenti, amico, cognatis licet frangere, et distribuere, quae optima uidentur.

Si quid lautius ministratur, ut hepar pisciū, et alia quedam, parcus gustaueris, et reliquum distribuas.

Si quis prebibet tibi hilariter, illi bene precato.

Sed ipse bibito modice.

Si non sitis, tamen admoueto cyathum labijs.

Arride loquentibus.

Ipse ne quid loquare, nisi rogatus.

Si quid obscœni dicetur, ne arride, sed cōpone uitum quasi non intelligas.

Nec cui in mensa obtrectato.

Nec cui temet anteponito.

Ne tua iactato.

Ne aliena despicio.

Esto comis erga tenuis fortunæ sodales.

Deserto neminem.

Ne sis lingua futuli.

Ita fiet, ut sine inuidia laudem inuenias, et amicos pares.

Si uideris conuiuum esse prolixius, precatus ueniam, ac salutatis conuiuiis subducito te à mensa.

Panem peccore ne proscideris.

- Digitulos proscindens cultro ne apposueris.
 Quæ ante et iuxta te posita sunt, edito.
 Decerpturus ex catino quippiam, summo cultro
 comprehendito.
 Ne ut sus effundas te supra cibum.
 Ne confundas uel turbaveris, præcertim digitis,
 quæ posita sunt in catino.
 Quia manducaturus, panem conscindito frustilla-
 tim prius.
 Verum nequid præterfluat curabis.
 Mature edes ouum.
 Testas non confractas in catinum reijcito.
 Inter edendum ouum non potabis.
 Comesturus thoracem præseruabis, ne cōmacules.
 Piper quoq; edens digitos ne prælinges.
 Suprema labia, aut nasum manica non emunges
 inter epulandum.
 Nasum non absterges, nisi strophiolo, idq; civili-
 ter et modeste.
 Mucum digito non excalpes.
 Salino digitos ne indas, ne ue salsamentis et pipe-
 ratis omnibus.
 Bucculas ne nimis densas sumito, uel amplas, sed
 singulas conscindito.
 Ex ore nihil extraxeris in orbem.
 Caput inter epulas ne scalpito.

Omnia

Omnis cachinnus effusus in conuiuio turpis est.

Potaturus duobus digitulis labia suprema abstergito.

Non appareat supernatās in poculo tuo sagimen, aut pinguedo.

Sed neq; cibum habens in ore, et necdum uorato potabis.

Simul et mandere et loqui rusticum est.

Screare similiter, aut oscitare, aut expuere crebrius, similiter inciuile habetur.

Agreste et ethnicū est, in supremo cubito recubere.

Panem timidum uino edere ex poculo in coetu hominum, ridiculum est.

Non recumbas in dorso supinus.

Cochleari quantum satis est haurito et sorbeto.

Inter sorbendum nihil distilles, neq; bis uno haustru sorbis.

Donec manderis et glutueris, ne sorbeas iterum.

Caninū est, immēsos bolos uorare, et offa rodere.

In ossibus siquid pulpamenti haeret, modeste cultro proscindito.

Alij uero coniuiae quid præcerpant uel appositum habeant, ne temere circumspectaueris.

Quod semel dentibus demorsum ac rosum, parapsidi ne inferas.

Italica, et Galliæsis ciuitas est, sed apud Germanos turpis,

316 OTHONIS BRVNFELSI
turpis, ossium & eduliorum quisquiliis sub mensam
dei scere.

Indecens quoq; unguibus, lingua, aut cultro re-
purgare dentes, sed agendum id est extra convivium.

DE HIS QVAE POST
prandium.

Compositis & remotis omnibus, atq; gratijs
actis, si quid uacat, lusu quo piâ honesto laxa
cū sodalibus animû, donec hora reuocet à lusu in ludû.

Ad lectionem ad sis rursum in tempore, totis uiri-
bus hoc agens, quod postulat locus.

DE REFECTIONE PRIVATA.

Cibus sit temperatus, ac tempestiuus.
Prande liberalius,

Coena parcior.

Cibi uel potus non quantum libidini, sed quantum
naturæ satis est, sume.

Pransus hilariter quedam facito.

Sub coenam paulisper ambula.

Coenatus idem facito.

Iciunius studebis ac scribes.

DE PRAECEPTORE ELIGENDO,
& obedientia illi exhibenda.

PReceptorem tibi deligas quam cruditißimum.
Neq; enim fieri potest, ut is recte quenquam
eruditat, qui sit ipse in eruditus.

Quem

Quem simul atq; nactus fueris, fac modis omnibus
efficias, ut ille patris in te, tu filij uiciſſim in illum in-
duas affectum.

Neq; minorem enim honorē debemus ijs, à quibus
recte uiuendi rationem, quam à quibus uiuendi initia
sumpſimus.

Alioqui credito te frustra literatum præceptorem
habiturum, nisi habueris & amicum.

Deinde ut te illi attentum, & affiduum præbeas.

Optima quæq; statim ac primūm disce.

Extrémæ est dementiæ, discere dediscenda.

Præceptorem interpretantem, non attentus modo,
sed & auditus auscultato.

Non contentus impigre sequi differentem, aliquo-
ties præuolare contendit.

Omnia illius dicta memoriae, præcipua etiam lite-
ris mandabis, fidelissimis uocum custodibus.

Noli committere, ut codices eruditos habeas, ipſe
ineruditus.

Auditane effluant, aut apud te, aut apud alios re-
tracta.

Diem in horas partire, quibus certa habeas que
legas.

Ne chis contentus, aliquam temporis partem taci-
te cogitationi tribuere memento.

Conflictatio, & tanquam palæstra ingeniorū ner-

NOS

318 OTHONIS BRVNFELESII
nos animi præcipue tum ostendit, tum excitat, tum
adauget.

Nocturnas lucubrationes atq; intempestiva studia,
fugito.

Nam et ingenium extinguunt, et ualitudinem
uehementer offendunt.

Aurora Musis amica est, apta studijs.

DE RATIONE STUDII EX

Rodolpho Agricola.

IN studijs formâdis, duo præcipue spectâdas sunt.
Primū, quod studiorū genus maxime sectari uelis.

Secundum, qua ratione, in eo quod elegeris pluri-
mum efficias.

De primo, si facultatum uberior copia, et felicior
ingenij uis tributa est, quantum in te est, totis uiribus
ad optimâte conferto.

Optima autem sunt, studia linguarū, Poësis, Ora-
toria, Geographia, Medicina, Historiæ, et cognitio
sacrarum literarum.

Steriles et iejunæ scientiæ sunt, quas uocamus ar-
tes, Ius canoniciū, Barbaries grammatisrarū, et Sophi-
stica philosophorū, quæ miseris adolescentiū onerant
aures, et meliorem ingenij spem in plerisq; tenerio-
ribus adhuc annis, uelut in herba enecant.

Meliores artes sic recte ab infantia disces, si quodi-
spud probatos autores legeris, id ipsum quam maxi-
mè

mē proprijs & idē significantibus uerbis reddere uer-
naculo sermone coneris: ut quoties dicendum tibi ali-
quid est, aut scribendum, quando concipiendis uerbis
apud animum tuum, sese quo natura fert, uernaculus
sermo protulerit, statim quoq; Latina uerba iam pri-
dem illi hoc usū accommodata sequantur.

Ad hēc, si scribere uoles, optimum erit id ipsum
quād plenissime, rectissimeq; patrō sermone intra
animum tuum formare: deinde latinis pure, proprieq;
id significantibus explicare. Sic fiet, ut omnia aperte,
& quād maxime planè dicantur. Et alia multa in
epistola, quād de formando studio autoris scripsit ele-
gantissimam.

QVÆ SIGNA OPTIMAE
indolis, ex ERASMO
atq; Politiano.

MAgistris dare operam non assiduum modō,
sed alacrem.

Doctuoribus condiscipulis se adiungere.

Et quos moribus uel famē obfore credat, ab eorum
consuetudine penitus abstineat.

Nullum cum alijs certamen habere, nisi de literis,
& de ijs perpetuum.

Facile percipere quæ traduntur, retinere fideliter,
mitari feliciter, pronuntiare eleganter.

Vt caueat ne loquēdo præcipitet sermonē, aut ha-
bitet

sitet lingua, aut palato immurmuret. Sed distincte,
clare, articulateq; singula uerba proferre consuecat.

*Vt pudeat ab alijs superari, imò magis praeuolare
contendat.*

Emendatus non irascatur, laudatus gaudeat.

*Vt studeat ne quid ineptum, immodestum, impro-
bum siue durum in se appareat.*

*Ne inuercunda frons, elatum supercilium, licen-
tes oculi, proteruior lingua siue inconstans uultus no-
tariposset.*

*Et non aliquid postremo uel in facie tota, uel in ge-
stu, uel in statu, uel in incessu quod offendat, quod mo-
lestum aut odiosum esse posset.*

M O D U S R E P E T E N D A E L E C T I O-
N I S E X E R A S M O .

Q Vibusdam prima ac unica ferè cura est, fla-
tim ad uerbum ediscere: quod cquidem non
probo.

*Est enim tum magni laboris, tum fructus propè
nullius.*

*Quorsum enim attinet psitacimore uerba non in-
tellecta reddere? Commodorem igitur uiam accipe.*

*Lectionem quidem auditam continuo relege, ita ut
uniuersam sententiam paulò altius animo infigas.*

*Deinde à calce rursus ad caput redibis, et singula
uerba exutere incipias, ea diu taxat inquirens: que
ad*

ad grammaticam curam attinet, uidelicet, si quod uerbum obscuræ, aut ancipitis derivationis, si heteroclite coniugationis, quod supinum, quod præteritū faciat, quos habeat maiores, quos nepotes, quam cōstructiō nem, quid significet, et huiusmodi nonnulla.

Hoc ubi egeris, rursum de integro percurrito, ea iam potissimum inquirens, que ad artificium rhetoricum spectant.

Si quid uenustius, si quid elegantius, si quid cōcinnius dictum videbitur, annotabis indice, aut asterisco apposito.

Verborum compositionem inspicias; orationis decoras fiscitabere. Autoris consilium indagabis, qua quicq; ratione dixerit.

Vbi quid te delectauerit uehementius, caue præter easam (quod aiunt) fugias. Fige pedem, ac abs teipso rationē exige, quare tantopere sis ea oratione delectatus: cur nō ex cæteris quoq; parē cooperis uoluptatē.

Inuenies te acumine aut exornatione aliqua oratoria, aut compositionis harmonia, aut (ne omnia persequar) simili quadam causa commotum fuisse.

Quod si aliquod Adagium, si quasentētia, si quod proverbium uetus, si qua historia, si qua fabula, si qua similitudo non inepta, si quid breuiter, acute, aut aliqui ingeniose dictum esse videbitur, id tanquam thesaurum quendam animo diligenter reponendum ducito

ad usum et imitationem.

His diligenter curatis, ne pigrat quarto iterare.

Nam hoc habent eruditorum uirorum, summo ingenio, summis uigilijs elucubrata scripta, ut millies reclecta magis magisq; placeant, semperq; admiratori suo nouum miraculum ostendant.

Id quod tibi in tabula tua saepenumero, nec sine causa laudata, euenire solet, quod antea non animaduer- tisses, idē tibi multo amplius in bonis autorib. eueniet.

Releges igitur quarto, ac quae ad philosophiam, maxime uero Ethicē referri posse videatur circūspicies, si quod exemplum quod moribus accommodari possit.

Quid autem est, de quo non uel exemplum uiuen- di, uel imago quædam, uel occasio sumi queat?

Nam aliorum pulchre acturpiter factis, quid deceat, quid non, iuxta uidemus.

Hæc si facies, iam uel edidiceris, quanquam aliud egisti.

Tum demū, si libet, ad ediscendi laborem accedito, qui tum aut nullus erit, aut certè per quam exiguus.

Quid deinde? Restat ut cum studiosis congregaris, tuas annotationes in medium proferas, uicissimq; illorum audias: alia laudabis, alia reprehēdes: tu apertim defendes, partim castigari permittes.

Postremo, quod in alijs laudasti, tuis in scriptis im- tari conaberis.

Item.

Item, à lectione subinde surgas, acte cum in ambulans quæ legeris repetas.

DE GESTIBVS IN LVDIS ET
recreatione animi.

INterdum animus laxandus à studio, remittendusq; est. Id efficitur honestis ludis, & laxamentis.

Laxamenta honesta sunt, quæ pueros decent, trochus, pila, globi, agitatio corporis cursus, ludus sphæræ, saltus:

Saltus genera sunt, saltus locustarum, utraq; tibia, iunctis pedibus, unica tibia.

Probatur & palestra, & gladiatoria, si in praesentia præceptoris & absq; inuidia fiat.

Natandi artis præstat spectatore esse potius quam detorem.

Præstat & in cantionibus, & instrumentis musicalibus ingenium exercere, quo delectamento nihil ciuius, nihil Musis magis accommodum.

Ludi prohibiti sunt, alea, tesseræ, carthæ, natare in aquis: & si qui sunt alij huius generis, ganneorum exercitamenta.

Decorant ludum, grauitas, honesta, lætitia, uiuacitas, uigor animi, ordo, charitas mutua, ingenuæ & legitime ludere, uirtute, non fraude uincere.

De honestant ludum, nimia insolentia, clamor, insa-

x a nida

nia, immoderata & stulta gesticulationes, nimia tim-
ba, dolus malus.

In honestis ludis pulchrum est arte uincere: & si
quilibet locum suum gnauiter tuctur.

Hanc gratiam cōciliat quibusdā lētioris gestus spes.
Leges ludorū hæ sunt, ne quis inter ludendū na-
tiua, aut uernacula lingua loquatur: sed uel ea, quæ fa-
miliaris minus est: inde fiet, ut & ludendo discatur.

Longe utilissimum fuerit statuta mercede, certa-
tim ex autoribus aliquid recitare.

Id fiericurabit diligens præceptor.

MONITORIA IN COMMUNI- bus congressibus.

Quoties alloquitur te quispiam, cui debes ho-
norem, cōpone te in rectū corporis statum.
Aperi caput.

Vultus sit nec tristis, nec toruus, nec impudens, nec
proteruus, nec instabilis, sed hilari modestia tempera-
tus: oculi ueracundi, semper intenti in eum qui loque-
ris: iuncti pedes, quietæ manus.

Nec uacilles alternis tibijs, nec sint gesticulosa
manus.

Nec mordet o labra.

Nec scabito caput.

Nec fodito artus.

Gestis

Vestis item ad decorum componatur.

Totus cultus, uultus, gestus, & habitus corporis ingenuam modestiam, & acrecundam indolem praferat.

Nec sis inepte loquax, aut praeceps.

Nec uagetur animus interim, sed sis attentus quid ille dicat.

Si quid erit respondendum, id facito paucis, & pudenter, subinde præfatus honorem: nonnunquam & addito cognomento honoris gratia.

Atq; identidem, modice flebas alterum genu, praesertim ubi responsum absolueris.

Nec docas nisi præfatus ueniā, aut ab ipso dimissus.

D E VITANDO PRAVORVM

confortio.

Adūt & profclū bona educationis præuorum confortia uitare.

De his sic admonet & Salomon: Fili mi, si te laetaverint peccatores, ne acquiescas eis.

Ne delecteris in semitis impiorum.

Nec tibi placeat malorum uia.

Et PAULVS:

Corrumput bonos mores colloquia prava.

E T:

Uiodicum fermentū totam massam corrumpit.

X 3 D 3

NVllibilibentius uerseris, quam in conspectu
magistrorum.

Doctiores & modestiores condiscipulos humani-
tatem tibi & obsequio deuincito.

Nam hoc omnium maxime conducit ad eruditio-
nem, si quis cum studiosis & eruditis assiduam & do-
mesticam consuetudinem agere possit.

DE VERECUNDIA ADHIBEN-
da in incessu.

SVnt qui sensim ambulando gressus imitatur hi-
strionum, & quasi fercula pomparum portan-
tium: & quotiescumq; gradū transferūt, modulos quoſ-
dam seruare uidetur: horū gressum ut pestem fugito.

Nec cursim nimis ambules, nisi cum causa exigit
alicuius periculi, uel iustæ necessitatis, sed nec lente
nimis.

Est gressus probabilis, in quo est species autorita-
tis, grauitatisq; pondus, tranquillitatis uestigium:
hunc imitare.

In summa, Motus sit purus & simplex.

Nihil fucatum & affectatum placet.

Motum natura informet.

Si quid autē in natura uitij est, industria emendet.

Ut ars desit, non etiam desit correctio.

DE PUDICITIA ET CASTITATE.

Verecūdīa pudicitia proxima est, quæ nunq^ututius retinetur, quām per uerecundiam & oculorū industriā: ut intueri impudice mulieres parui pendas: non ut execreris sexū, sed ut effugias flagitiū.

DE VESTITU.

IN uestitu mediocritas, & decentia plurimum commendatur.

Sint igitur uestes nec preciosæ nimis, nec nimis for didæ, sed quæ publicam honestatem deceant.

Semper hæreat hoc Ouidianum:

Procul sint à te iuuenes ut fœmina,compti.

DE NUTRITIONE COMAE.

DE hoc audi statutū Apostoli: Vir si comam nutriat, ignominia est illi: Mulier uero si comam nutriat, gloria est illi, quoniam capilli ei pro uelamine dati sunt.

Vir autem non debet uelare caput suum, quoniam est imago & gloria Dei.

MONITORIA AD CIVILITATEM ET conuictum humanum.

Principio eum animū obtine, qui nihil acerbū, nihil durum existimet quod sit honestum.

Qui nullo uel metu deterritus, uel sfpē captus, ab officio deflectatur.

Quām optimos tibi adiungito.

Malos ne laceſito.

Tua ne iactes.

Aliena ne carpas, aut despicias.

*Fac cum omnibus ſis antiferēdus, ipſe te preferas
nemimi.*

Cum bonis officijs certa.

Nemini aduerseris.

Neminem deferto.

Esto comis, etiam ergatenuis fortunae sodales.

Omnibus te affabilem præbeto.

Domi hilaris.

Foris compositus.

*Nemini tua arcana commitas, memor quām fallax
ſit multorum amicitia.*

Beneficium confer libenter.

Inuitus accipe.

*Gloriam ſi contemnes, ultrò te ſequetur: ſin ſequo-
ris, fugiet ſequentem.*

Ne capta laudari, ſed fac laudanda.

Cū potentibus aut nulla ſit consuetudo, aut comis,

Nullus ſumptus tibi ſit pretiosior tempore.

DE DISCRETIONE IN STUDIJS.

Contentione immodica obruuntur ingenia di-
ſcentium.

*Affiduitas uero & mediocritate perdurat, quo-
tidianis*

tidianis exercitationibus, maiore opinione aceruum
accumulat.

Satietae cum omnibus in rebus, tum precipue in
literis nihil est perniciosius.

D E R E D I T V P O S T H O R A S P O M E-
ridianas ad domum.

D Omum reuersus idem ages quod ante pran-
dium.

D E H I S Q V A B P O S T C O E N A M.

A Cœna suauibus fabulis temet oblecta.

Mox prosporam noctem parētibus pre-
catus & familiæ, mature te conferto ad nidum.

Illic flexis ante lectum genubus, tecū reputa, qui-
bus studijs dies tibi peractus fit.

Si quid est grauioris admissi, CHRISTI clemen-
tiam implora, ut ignoscat, pollicereq; meliora.

Si nihil est, age gratias illius beneficentiae, quod te
seruarit ab omni uitio.

Deinde toto pectore te illi cōmendato, ut protegat
te ab insidijs mali genij, & ab obscaenis somnijs.

His factis lectum ingressus, modeste te componi-
to insomnum.

Nec; pronus cubueris, nec; supinus, sed primum
lateri dextro innitens, brachijs ita transuersim com-
plicatis, ut pectus muniant figura crucis, dextra ma-
nu sinistro admota humero, leua dextro.

DE MEDITATIONE IN LECTO
sub requiem nocturnam.

Sub somnum exquisiti quippiam ac dignum memoria legito: de eo cogitantem sopor opprimat. Id ex perrectus à te ipso reposcas.

In summa, Plinianum illud semper animo infidet tuo: Omne tempus perire, quod studio non impetrari.

FINIS,

INSTITUTIO
PVELLARVM EX EPISTO-
LA DIVI HIERONYMI
ad Lætam.



IC crudienda est anima,
quæ futura est tēplū Dei.

Nihil aliud discat au-
dire, nihil loqui, nisi quod
ad timorē Dei pertinet.

Turpia uerba non in-
telligat, cantica mundi
ignoret.

Adhuc tenera lingua dulcibus Psalmis imbuatur.
Procul

Procul sit ætas lasciuia puerorum,
Ipsæ puellæ & pedissequæ à secularibus consortijs
arcedantur, ne quod male didicerint, peius doceant.

Fiant ei literæ uel buxeæ, uel leburneæ, & suis no-
minibus appellantur.

Ludat in eis, ut & lusus ipse eruditio sit.

Et non solum ordinem teneat literarum, ut me-
moria nomium in notitiam transeat, sed & ipse in-
ter se crebro ordo turbetur, & medijs ultima, primis
media misceantur, ut eas non sono tantum, sed & ui-
su nouerit.

Quum uero cœperit trementi manu stylum du-
cere in cera, uel alterius, superposita manu teneri re-
gantur articuli: uel in tabella sculpantur elementa, ut
per eosdem sulcos inclusa, marginibus trahantur ue-
stigia, ut foras non queant euagari.

Syllabas iungat ad premium, & quibus illa ætas
deliniri potest, munusculis inuitetur.

Habeat & in discendo quæ secum exerceantur,
quibus inuidet, quorum laudibus excitetur.

Non obiurganda est si tardior, sed laudibus exci-
tandum est ingenium, ut & uicisse gaudeat, & ui-
sta doleat.

Cauendum in primis, ne oderit studia, ne amari-
tudo eorum percepta in infantia, ultra rudes annos
transeat.

Ipsa

Ipsa nomina per quæ consuecit paulatim uerba contexere, non sint fortuito, sed certa ex coaceruata de industria, Prophetarum uidelicet, & Apostolorum, & omnis ab Adam Patriarcharum series, de Matthæo in Lucam descendat, ut dum aliud agit, futuræ memorie præparetur.

Mazister probæ ætatis & uitæ atq; eruditioñis est eligendus.

Nec puto erubescere uirum docium id facere in anima Christiana, quod Aristoteles fecit in Philippi filio.

Non sunt contemnenda quasi parua, sine quibus magna constare non possunt.

Ipse elementorū sonus, & ipsa institutio præceptoris, aliter de crudito, aliter de rustico ore proferitur.

Vnde summopere prouidendum est, ne aliorum uitio corrumptatur, difficulter enim eruditur, quod rudes animi perbiberunt.

Lanarum conchilia quis in pristinum candorem reuocet?

Græca narrat historiq; Alexandrū potentissimum regem, orbis q; domitorem, & in moribus, & in incesu Leonidis paedagogis sui, non potuisse carere uitij, quibus adhuc paruulus fuit infectus.

Proclius est enim malorū emulatio, & quorum virtutes assique nequeas, cito imitaris uitia.

Nutrix

Nutrix ipsa nō sit temulēta, nō lasciuia, nō garrula.

Habeat modestam gerulam, nutricium grauem.

Caue ne aures uirgunculae perforeas, ne cerussa, et
purpurisso consociata C H R I S T O ora depingas.

Nec collum auro, et margaritis premas, nec caput gemmis oneres, nec capillum crisspes, et ei aliquid
de gehennæ ignibus auspiceris.

Non uescatur in publico, id est, in parentum conui-
uio, ne uideat cibos quos desideret.

Discat iam nūc uinū non bibere, in quo est luxuria.

Ante annos robustæ ætatis, periculosa est teneris
grauis abstinentia.

Vsq; ad id tempus, si necessitas postulauerit, et
balneas adeat, et uino utatur modico, si libet, propter
stomachum, et carnium edulio sustentetur, ne prius
deficiant pedes, quam currere incipient. Et hoc dico
iuxta indulgentiam, non iuxta imperium, timens de-
bilitatem, non docens luxuriam.

Surda sit ad organa. Tibia, lyra, cythara cur fa-
casint, nesciat.

Reddat sibi pensum quotidie de scripturarum flo-
ribus carptim.

Discat Græcorum uersuum numerum.

Sequatur statim, et Latina eruditio, quæ si non ab
initio ostenerum composuerit, in peregrinum homi-
num lingua corrumpitur, et externis uitijis sermo
patrius

patrius folidatur.

Discat et lanam facere, tenere colū, ponere in gremio calathum, rotare fusum, stamina pollice ducere.

Spernat bombicū telas, serum uellera, et aurum infila lentescens.

Talia uestimenta paret quibus pellatur frigus, non quibus uestita corpora nudentur.

Sic comedat, ut semper esuriat: ut statim post cibū possit psallere et legere.

Si quando ad suburbana pergis, domi filiam non relinquis. Nesciat sine te, nec possit uiuere: et cum sola fuerit, pertimescat.

Non habeat colloquia secularium, non malarum virginum contubernia.

Non interfit nuptijs scriuolorū, neq; familia per strepentis lusibus misceatur.

Scio præcepisse quosdam, ne uirgo C H R I S T E cum Eunuchis se lauet, nec cum maritatis foeminiis, quia alij non deponunt animos uirorum, aliæ tumenibus uteris proferunt foeditatem.

Mihi omnino in adulta uirgine lauacra disflucent, quæ scipsam debet erubescere, et nudā uidere nō posse.

Si enim flammā libidinis, et incētua feruētis etatis extinguere cupit cōtinētiæ frigore, si appetitis sorribus turpare festinat naturalem pulchritudinem, cur è cōtrario balnearum fomentis sopitos ignes suscitare?

Pro

Pro gemmis & serico diuinos codices amet, in quibus non auri, & pellis Babylonicae uermiculata pictura, sed ad fidem placeat emendata & erudita distinctio.

Discat primo Psalterium, hic se canticis auocet. Et in proverbijs Salomonis erudiatur ad uitam.

In Ecclesiaste consuecat, quae mundi sunt concubare, in Iob uirtutis & patientiae.

Huc usq; Hieronymi uerba percensuimus, quibus Lætæ filiam instituit CHRISTO dicatam, sed quæ in quemuis puerum, quamuis uirginem Christianam applicari non incepte possint.

F I N I S.

GENERALIA EX SOCRATE, STOBOEO, SEPTEM SAPIENTIBVS, & cæteris.



VANTVM in te est, pacem
cum omnibus habeto.

Temere nihil feceris.
Amicis aduersa fortuna
utentibus idem esto.
Infortunium tuum casato,
ne uoluptate afficias
inimicos.

Veritatem

Veritati adhæreto.

Pietatem sectare.

Misericors esto.

Sapientum utere consuetudine.

Bonos in precio habeto.

Age quæ iusta sunt.

Principibus cede.

A iurciurando abstine.

Laudato honesta.

Beneficium repende.

Litem oderis.

Audi quæ ad te pertinent.

Probrum fugito.

Ea facito, quorum non possit aliquando peccare.

Ne cui inuidias.

Benemeritos honora.

Calumniam oderis.

Cum erraueris, muta consilium.

Affabilis esto.

Concordiam sectare.

Sperato tanquā mortalis, Parce tanq̄ immortalis.

Ne efferaris gloria.

Cede magnis.

Mortuum ne rideto.

Arcanum cæla.

Eaxis ut libeat, quod est necesse.

Si multus

- Multis terribilis, caueto multos.
 Ne extollaris fortunæ prosperitate.
 In rebus aduersis ne frangaris.
 Audit o multa.
 Loquere pauca.
 Prius intellige, & deinde ad opus accede.
 Ne ob diuitias laudaueris hominem indignum.
 Compar a in adolescentia quidem modestiam, in se-
 nectute uero sapientiam.
 Diues est, qui nihil cupit.
 Pauper est, omnis auarus.
 Opus prudentis, cum possit uelle nocere.
 Stulti proprium est, non posse, & uelle nocere.
 Quæ facturus es, ne dixeris, frustratus enim ri-
 deberis.
 A familiaribus, in minutis rebus læsus, feras.
 Ne contendere cum parētibus, etiam si dixeris iusta.
 Ne lingua præcurrat mentem.
 Nosce te ipsum.
 Ne quid nimis.
 Inimicitias solue.
 Suspitiones abiijcito.
 Aliena ne concupiscas.
 Ne te ipsum præcipites in discrimen.
 Quæ oderis, alteri ne feceris.
 Ne cui mimiteris, est enim muliebre.

y

Quanto

Quanto plus licet, tanto libeat minus.

Susurronem fuge.

Qualis fueris in alios, tales alij futuri sunt in te.

Bis est gratum, quod opus est, ultrò si offeras.

Ne sis proclivus in risum.

**Quae facere turpe arbitraris, ea ne dictu equidem
putes honesta.**

Affuesce non esse tristis, nec cogitabundus.

Exerce te ipsum ad pietatem.

Adulantium ne capiaris amore.

Delibera diu, confice uero statim quod decreuisti.

**Duo tempora tibi deputa ad dicendum, uel dum
quid noris aperte, uel ubi necesse est loqui.**

Vince dolorem patientia.

**Tristitiam, si potes, non admiseris: si non potes, ne
ostendas tamen.**

**Neminem citò accusaueris, ut licentiosamancipia.
Coerce linguam, uentrem, et libidinem.**

F I N I S.

E X

EX SENTENTIIS NILI EPISCOPI ET MAR- TYRIS, GНОMAE QVAE- dam selectiores.



IMOREM pariter, &
desiderium erga Deum ha-
bere necesse est, erga ho-
mines uero cunctos puro
cōscientiæ testimonio uti
decet.

*Deum ipsum in singu-
lis quæ agis, semper præ-*

sentem esse existima.

*Cum uirtuose quid agis, gaude. Ideo tamente ex-
tollere noli, ne in portu naufragium accidat.*

*Quanto magis in lege proficies, tanto plus ad
perfectionem tibi deesse intelliges.*

Vniuersiusq; rei, ante principium, finem exquire.

*Die ac nocte, ultima tibi coram oculis uersetur ho-
ra, et nullum uitæ desiderium ad terrenate detrahet.*

*Cum eo homine, à quo bonos abhorre cernis,
nullum tibi sit commertium.*

*Nemini siue dictis, aut factis, uel studijs tuis, noce-
re uelis.*

7 2 06

Ob ea que in præsenti uita florida esse uidentur,
ne læteris. Nam graminis flos, & si leuiter attre-
ctetur, tabescit.

Recte agere potius, quam alios reprehendere co-
nemur: nam & multa in nobis existunt, quæ ab alijs
taxari queant.

Oratio cum sobrietate fiat, ne Deum in his que
respiuit placare conemur.

Semper mens Deo inhæreat, coelestisq; tua fiat
cogitatio.

Oculos refrena, nam cum haud aduertis circum-
flectuntur.

Linguam coērce, sapientia enim profert quæ satiu-
m est cœlare.

Legis meditatione intellectus agrum colito, id si
frequentabis, cogitationes peruersas extirpabis.

Carnis uoluptates odio prosequere, nam corporis
fordes, animam quoq; inficere solent.

Ventri quantū indiget, non quantū cupit impende.

Delicias ne amplectere, amorem enim præsentis
uitæ conciliant, uerum Dei odium generant.

Vitæ gaudia fuge, nam labilia cum sint, in eis exultan-
tes deserunt.

Ieiunia armaturam, orationem muros, lachrymæ
uerò balneum existima.

Exitus nouissimi cū gemitu recorderis, hinc enim
animæ

animæ compunctio oritur assidua.

Pauperes foueto, illi enim iudicem nobis placatum reddunt.

In ecclesia non secus ac coelo uersare, ideo in ea nil loquere uel cogita terrenum.

Carnem tuam sanctis afflige laboribus, ueruntamen penitus eam domari posse haud existimes.

Vino utere moderate, quemadmodum enim ingurgitatum haud mediocriter offendit, ita temperate haustumbibentem corroborat.

Iram compesce, nam cum modum excesserit fanie flamma existit.

In uia letudine aduersa, oratione primo, inde uero medicis ac pharmacis utere.

Sacerdotes omnes honora, cum bonis uero tantum conuersare.

Dei domum uenerare, at Dei domum construere ex te ipso admitere.

Ecclesiam frequentato, à motibus enim ac perturbationibus exterioribus nos liberare solet.

Cum omnia terrena sint fluxa, ne te perturbent euania.

Quotiescumq; te uoluptatis inuadit affectus, turpitudinem humanam, offendamq; oppone diuinam.

Præcipue auditum ac uisum munire memento, potissimum enim illæ malitiæ tela penetrant.

Cum oras, ad Deum mentem attolle, quod si inde exorbitet, iterum colligere stude.

Sensus haud unquam desinit cogitationes generare, at tu prauas expellere, bonas uero fouere assuefce.

Humilitate gaude, nam ex ipsa decidere haud poteris alte.

Cum Deum humiles exaltare, potentes uero deprimere cernis, non tantum Deo, quantum hominibus id acceptum refer, quibus haud tutum est mediocritatem supergrediendo attolli.

A risu immoderato abstine, nam animam encruat, legis quoq; frenum laxare conatur, ni tempestiu remedium adhibeatur.

Vere sanctos ab operibus dignosce, à fructu enim omnis discernitur arbor.

Cum conuitio afficeris, considera, nū rem aliquam conuitio dignam perpetraueris, quod si insontem esse cognoueris, conuitium, sumum existima.

Nullam rem uirtute pretiosiorem existima, nam cum imago Dei sit, quemadmodum & ipse immutabilis existit.

Matrem uitiorum segnitiem putato, quae enim possides, auferre solet: quae uero non possides, ne ea consequaris prohibet.

Philosophia præcipua est hominib. possessio, at cū sit unigenita, sola, à solo possessore intelligi dignatur.

Cum

Cum uirtutis te labor affligit, cogita quod labore est
temporaneus, merces uero æuicterna.

Cuncta corruptioni subiacere existima, uirtutem
uero solam corruptionis expertem.

Fortiter tribulationes perfer, eis enim qui in illis
decertant, coronæ plicantur.

Mortem semper expecta, non tamen timeas, utrumq;
etenim ueræ philosophiae est character.

Si cœlum desideras, nil tibi cum terra, haud enim
illa ad illum tendere permittit.

Si potus aquæ frigidæ iustificat misericordē, quam
retributionem pauperibus denegantem manere exi-
stimas?

Ne compassionem neglige, illa enim ex cœlo nobis
salutem nostram detraxit.

Ne dicas, ex inimicis ultionē sumam, iustum enim
iudicem in cœlis habebimus.

Mortuum ne fuge, communis etenim est uia, et
beatus qui præcessit.

Deo loquere multa, hominibus uero pauca, at legis
meditatione utraq; recte dispones.

Balneum animæ bonum, oratio est lachrymosa,
at cum oratione memor sis, cuius rei gratia lachrymas
effundis.

Seculi principes ne beatos existima, potentes enim
cum potenter præsint, ipsi quoq; iudicem austero-

rem habebunt.

In rebus gerendis conscientia pro lucerna utere,
bæcenim quid nam in uita bonum, pariter & quid sit
malum, ostendit.

Timor pariter ac pudor à peccato te abstineant,
quamvis facile sit his utrisq; recte uti.

Malis patrocinium ne prestes, quod si secus fec-
teris, non solum scelerum adiutor eris, sed & peccati
communione inquinaberis.

Peccantem admonere, priusquam accusare uelis,
contumelia enim posterior, compas̄io uero prior.

Si errantem redarguis, compassionis benignaq;
commisce uerba, & aures emolientur, cor uero illu-
minabitur.

Quemadmodum neq; uirtutes, ita neq; uitia ab-
sconsa remanere ualent.

Ita curras ut uincas, hoc est, inde sinenter, per uir-
tutis enim semitam currere oportet, donec uite sta-
dium exuperemus.

Patientia ad necessitatē exerce, ut in ea necessitatē
tempore omnem armaturam præparatam inuenias.

Diligentia multa, à rebus terrenis oculos contine,
ex illis enim fumus oritur, qui animam fuligine deni-
grare solet.

Si consuetudine aliqua prava detineris, eam paulatim
rescinde, & sine labore ab anima spinas extirpabis.

NIL

Nil philosophia gloriostius puta : nam cum mater legis sit, regni quoq; Dei consors existit.

Cum à Deo corriperis, ne murmura: nam ut pater castigat, ideo tanquam benefaciens gratiarum actione dignus existit.

Quæ tristia & hilaria in uita occidunt humana, umbre, fumo, & rotæ equipara, tanquam enim umbra haud permanent, & ueluti fumus euanescent, in starq; rotæ uertuntur.

Alieno infortunio ne arridcas, ne & tu cum haud uelis, ab alijs irridearis.

Semper in operibus bonis ulterius procedere cura: nam si minutum minuto accumulaueris quotidie, breui diuitias ab omnibus expetendas congregabis.

Si uitam expetis sempiternam, humanam mortem semper expecta.

Odio præsentem uitam prosequere, quam inordinate enim ipsius ueretur rota, cernis.

Fortunate agentes ride, infortunatis uero condole, illud enim philosophiae est documentum, hoc uero misericordiae indicium.

Omnia terrena sunt corruptibilia, anima uero est immortalis, quapropter immortalia corruptibilibus anteferre decet.

Fortiter perfer aduersa, & consequeris æterna.

Paupertatem incusare noli, immobilem enim le-

y s gis

gis athletam constituit.

Divitijs ne exultes, illarum etenim curae, ut plurimum hominem à Deo separant.

Humilitatem, & si magnus existas, dilige, ut in die iudicij exaltari queas.

Ne temere quempiam increpa, ne ab hominibus arrogantiæ inculpcris.

Bonorum futurorum multitudo, pulchritudo, & magnitudo est inexperta, at presentia, umbra, sumus, bulla.

Ve impio, quia cum illuminabuntur omnia, tum ipse solus obscurabitur.

Ve blasphemо, nam lingua eius ligabitur, & quo pacto iudici loqui poterit?

Ve iniusto, ad iudicem enim austерum, & iustum legislatorem perget.

Ve auaro, quia divitiæ ipsum fugient, & ignis suscipiet.

Ve secordi, quæreret enim tempus quod male consumpsit, & quærens non inueniet.

Ve superbo, nam cum sepulchrum ingredietur, quis nam sit intelliget.

Ve escortatori, quoniam stola eius nuptialis sordebit, ex regijsq; nuptijs turpiter ejicitur.

Ve conuiciatori, & cum ipso ebrio, cum mœchis enim constituentur, & cum homicidis punientur.

Ve

Ve delicatis, nam tempore exiguo, tanquam uitulus iugulandus saginantur.

Vehypocritæ, quia pastor suum esse negabit, et iudex eum lupum esse demonstrabit.

Beatus qui per angustum incedit semitam, coronatus enim cœlorum regnum ingredietur.

Beatus qui uoluptates calcat, nam coram illo dæmones trement.

Beatus puro corde, et anima simplici, iudicare enim dignus est mundum, et non ipsum mundus.

Beatus uita sublimis, humiliis uero prudentia, CHRISTVM enim imitatur, cui et assidebit.

Beatus à cuius lingua lex non recedit, ab huius enim tabernaculo Deus non separetur.

Beatus qui multis beneficis iudicandus enim multis inueniet aduocatos.

Beatus qui uirtutem non corrumpit, in iudicis enim uentilabrum haud incidet.

Beatus qui uirtutes exornat proprias, antequam accendatur ignis.

Beatus qui ad uitam sempiternam festinat, presentia enim corruptiones esse, ad mortemque trahentia intelligit.

Beatus qui mala abigit, purusque cum puro conglutinatur.

Beatus qui audit, et custodit admonitiones istas.

Beatum

Beatum enim est timere Dominum, & solicite cogitare diem illam, cum oculta cuncta manifestabuntur, & quid facient negligentes; cum nullam amplius utilitatem poenitentia afferet.

Hortor igitur omnes, ut his dictis mentem adhibeant, grauiterq; perpendant, qua nam lance eorum facta paulo post expendi debeant.

F I N I S.

DIVERASMI ROTE
RODAMI DE RATIONE
STUDII, AC LEGENDI
*interpretandiq; autores, Libel-
lus uerè aureus,*

DES. ERASMVS ROTE
RODAMVS PETRO VITERIO,
*liberalium disciplinarum professori
eximio, s. d.*



AE tu rem istam, mi PETRE
suauiissime, & perspicis acute,
& grauiter uereq; iudicas, plu-
rimū referre qua ratione, quod
ordine, quid instituas, idq; ma-
ximum habere momentum,
cum

cum cæteris in rebus omnibus, tum uero præcipue in bonarum studijs literarum. An non uidemus ingentia pôdera, si artem adhibeas, minimo tolli negotio, quæ nullis alioqui uiribus moueri poterant? Quemadmodum & in bello non perinde refert, quantis copijs, quantisq; uiribus hostem adoriaris, ut quam probe instructo exercitu, quo cōfilio, quoq; ordine pugnam capessas. Ac multò celerius quo tendunt, perueniūt iij, qui semitas cōpendiarias norunt, quam qui amnē (ut ait Plautus) ducē sequuntur, & uel contempto Pythagora τύε λιωφόρε ingrediuntur, uel uarijs etiam errorū ambagibus circumaguntur. Proinde rogas, ut tibi studiorū ordinem, ac uia formamq; præscribā, quam tu ueluti Thesei filū secutus, & in autorum labyrinthis citra errorē uersari queas, & ad eruditionis summā celerius emergere, uel magis aliorū studijs cōsulere, quos bonis literis institutis, quandoquidē ipse iam propemodū ad eruditionis fastigium peruenisti. Evidē pro mea certe uirili nō grauatim parebo homini tā amico, ut nephias sit quiduis etiā flagitanti negare, nedū rem tam honestam, tamq; frugiferā. Quod si senseris nostrum hoc consiliū tibi cōmodo fuisse, tui candoris erit, & alijs ad bonas literas enitentibus, digito uiam indicare. Vale.

PRINCI-



RINCIPIO duplex omnino uidetur cognitio, rerū, ac uerborū. Verborū prior, rerum potior. Sed nonnulli dum avinris (ut aiunt) ad res discendas festinant, sermonis curam negligunt, et

male affectato cōpendio, in maxima incidentur dispensia. Etenim cum res non nisi per uocum notas cognoscantur, qui sermonis uim non calleat, is paſſim in rerum quoq; iudicio cæcutiat, hallucinetur, deliret necesse est. Postremo uideas nullos omnium magis ubiq; de uoculis cauillari, quam eos, qui iactitant ſe ſe uerba negligere, rem ipsam ſpectare. Quapropter utroq; in genere statim optima, et quidem ab optimo, et quidem ab optimis ſunt diſcenda. Quid enim ſtultius, quam magno labore diſcere, que pte a maiori cogar-ris dediſcere? Nihil autem facilius diſcitur, quam quod rectum ac uerum eſt. At praua ſi ſemel inhaſerint ingenio, dictu mirum quam non poſſint reuelli. Primum igitur locum grammatica ſibi uendicat, eaq; protinus duplex tradenda pueris, Græca uidelicet, ac Latina. Non modò quod his duabus linguis omnia fermè ſunt prodiſta, que digna cognitu uideantur, uerum etiam quod utraq; alteri ſic affinis eſt, ut ambæ citius percipi queant coniunctim, quam altera ſine altera, certè quam

quam Latina sine Græca. A Græcis auspicarinos ma-
uult Quintilianus, sed ita, si his literis perceptis, non
longo interuallo latine succedant, sanè utrasq; pari
curatuendas esse monet, atq; ita futurū, ut neutræ al-
teris officiant. Ergo utriusq; linguæ rudimenta, et
statim, et ab optimo præceptore sunt haurienda: qui
si forte non contingat, tum (quod est proximum) opti-
mis certe utēdum autoribus, quos equidem per paucos,
sed delectos esse uelim. Inter Græcos grammaticos
nemo non primū locum tribuit Theodoro Gazæ, pro-
ximum mea sententia Constantinus Lascaris sibi iure
suo uendicat. Inter Latinos uetustiores Diomedes. In-
ter recentiores haud multum uidco discriminis, nisi
quod Nicolaus Perotius uidetur omnium diligentissi-
mus, circa superstitionem tamen. Verum ut huiusmo-
di præcepta fateor necessaria, ita uelim esse, quoad fie-
ri possit, quam paucissima, modo sint optima. Nec un-
quam probavi literatorum uulgas, qui pueros in his
inculcandis complures annos remorantur. Nam uera
emendate loquendi facultas optime paratur, cum ex
castigate loquentium colloquio, conuictuq;, tum ex
eloquentium autorum assidua lectione, è quibus ij pri-
mum sunt imbibendi, quorū oratio præterquam quod
est castigatisima, argumenti quoq; illecebras aliquas
discentibus blandiatur. Quo quidem in genere primas
tribuerim Luciano, alteras Demostheni, tertias Hero-
doto.

doto. Rursum ex Poëtis primas Aristophani, alteras Homero, tertias Euripidi. Nam Menandrum, cui uel primas daturus eram, desideramus. Rursum inter Latinos quis utilior loquendi autor, quam Terentius? puerus, tersus, & quotidiano sermoni proximus, tum ipse quoq; argumenti genere iucundus adolescentiæ. Huic si quis aliquot selectas Plauti Comœdias putet addendas, quæ uacent obſcenitate, equidem nihil repugno. Proximus locus erit Virgilio, tertius Horatio, quartus Ciceroni, quintus C. Cæſari. Sallustium si quis adiungendum arbitrabitur, cum hoc non magnopere contenterim, atq; hos quidem ad utriusq; linguae cognitionem satis esse duco. Necq; enim mihi placent, qui in euoluēdis hunc in usum autoribus, etiam quibuslibet, uitam omnem conterūt. Prorsus infantem existimantes eum, quem ualla chartula suffugerit. Ergo parata sermonis facultate, si non luxuriosa, certè casta, mox ad rerum intelligentiam cōferendus est animus. Tametsi ex his quoq; scriptoribus, quos expoliendæ linguae gratia legimus, nō mediocris obiter rerum quoq; cognitio percipitur, uerū ex instituto omnis ferè rerum scientia, à Græcis autoribus petēda est. Nam unde nam haurias uel purius, uel citius, uel iucundius, quam ab ipsis fontibus? Sed quo ordine disciplinæ descendæ sint, & ex quibus potissimum præceptoribus, id alias fortasse rectius ostendemus. Interim ad prime

etatis

etatis studia reuertamur. Ut igitur ex his autoribus
unde linguae copiam petendam esse diximus, fructum
capias, et maturius et uberiorem, Laurentium Vallam
tibi censeo diligenter euoluendum, qui de Latini ser-
monis elegantia scripsit elegantiissime. Huius adiutus
præceptionibus, ipse per te nō paucā annotabis. Neq;
enim te uelim per omnia uelut addictum, Laurentia-
nis seruire præceptis, adiuuabit hoc quoq;, si figuræ
grammaticas à Donato ac Diomedē traditas ediceris,
si carminis leges ac formas omnes tenueris, si Rheto-
rīces summam, hoc est, propositiones, locos probatio-
num, exornationes, amplificationes, transitionum for-
mulas in promptū habueris. Conducūt enim hæc non
solum ad iudicandum, uerum etiam ad imitandum.
His itaq; rebus instructus, inter legendū autores non
oscitarer obseruabis, si quod incidat insigne uerbum,
si quid antique aut noue dictum, si quod argumentum,
aut inuentum acute, aut tortū apte, si quod egregium
orationis decus, si quod Adagium, si quod exemplum
si qua sententia digna quæ memoriæ commendetur.
Isq; locus erit apta notula quapiā insigniēdus. Notis
autem non solum uarijs erit utendum, uerum etiam
accōmodatis, quo protinus quid reisit admoneant. Ad
hæc si quis dialecticen addendam statuet, non admo-
dum refragabor, modò ab Aristotele eam discat, non
ab isto loquacissimo sophistarum genere, neq; rursum

z ibi

*Ibi desideat, et uelut ad scopulos (ut inquit Gellius)
apud Syrenes consenescat. Verum illud interim me-
miceris, optimum dicendi magistrū esse stylum. Erit
hic igitur in carmine, in oratione libera, in omni ar-
gumenti genere diligenter exercēdus. Neq; negligē-
dam memoria, lectionis thesaurus. Eam tamē si locis ex-
imaginibus adiuuari non inficior, tamen tribus rebus
potissimum constat optima memoria, intellectu, ordi-
ne, cura. Siquidem bona memoria pars est, rem peni-
tus intellexisse. Tum ordo facit, ut etiam quae semel
exciderint, quasi postliminio in animum reuocemus.
Porrō, cura omnibus in rebus, non hic tantum pluri-
mum ualeat. Itaq; quae meminisse uelis, ea sunt attētius,
ac crebrius relegenda, deinde sāpius à nobis ipsis exi-
genda, ut si quid forte suffugerit, id restituatur. Illud
minutius, sed tamē haud indignum quod admoneatur.
Adiuuabit nō mediocriter, si quorū necessaria quidem.
Sed subdifficilis erit memoria ueluti locorū, quo tra-
dunt Cosmographi, pedum metricorum, figurarum
grammaticarum, genealogiarū, aut si qua sunt simi-
lia, ea quam fieri potest breuiſſime simul, et luculen-
tiſſime in tabulas depicta, in cubiculi parietibus su-
spendantur, quo paſsim et aliud agentibus, sint obvia.
Item, si quædam breuiter, sed insigniter dicta, uelut
apophthegmata, prouerbia, sententias, in frontibus,
etq; in calcibus singulorū codicum inscribes, quædam
annulis.*

annulis, aut poculis insculpes, nonnulla pro foribus,
et in parietibus, aut uitreis etiam fenestris depinges,
quo nusquam non occurrat oculis, quod cruditionem
adiuuet. Hæc enim tametsi singula per se pusilla ui-
deantur, tamen in unum collata aceruum, doctrinæ
thesaurum lucro augent, haud quam negligendo
ratiæ à proprio ποντίῳ, id est, his opibus properanti di-
tescere. Postremo illud non ad unum aliquid, sed ad
omnia simul plurimum conducet, si frequenter alios
quoq; doceas. Nusquam enim melius deprehenderis
quid intelligas, quid non. Atq; interim noua quædam
occurrunt commentanti, differentiæq; nihil non altius
infigitur animo.

FINIS.

DE RATIONE INSTITVENDI DI. SCIPVLOS.



B D uideo te cupere, ut de do-
cendi quoq; ratione nonnihil
attingamus. Age mos ger-
tur Viterio, quanquam uideo
Fabium hisce de rebus dili-
gentissime præcepisse, adeo
ut post hunc de ijsdem scribe-

z z 86

re prorsus impudentissimum esse uideatur. Ergo qui uolet instituere quempiam, dabit operam, ut statim optima tradat: uerum qui rectissime tradat optima, is omnia sciat necesse est: aut si id hominis ingenio negatum est, certè uniuscuiusq; discipline præcipua. In hoc non ero contentus decem illis, aut duodecim autoribus, sed orbem illū doctrinæ requiram, ut nihil ignoret, etiam qui minima paret docere. Erit igitur huic per omne scriptorum genus uagandum, ut optimum quenq; primum legat, sed ita, ut neminem relinquat ingustatum, etiam si parū bonus sit autor. Atq; id quo cumulatiore fructu faciat, ante locos & ordines quosdam ac formulas in hoc paratas habeat, ut quicquid usq; inciderit annotandū, id suo adscribat ordini. Sed hoc qua ratione fieri oporteat, in secūdo de copia commentario demonstrauimus. Verum si cui uel ocium uel librorum copia defuerit, plurima Plinius unus supeditabit, multa Macrobius, et Athenæus, uaria Gellius. Sed in primis ad fontes ipsos properandū, id est, Graecos & antiquos. Philosophiam optime docebit Plato & Aristoteles, atq; huius discipulus Theophrastus, cum utrinq; mixtus Plotinus. Ex Theologis secundum diuinas literas, nemo melius Origene, nemo subtilius aut iucundius Chrysostomo, nemo sanctius Basilio. Inter Latinos duo duntaxat insignes in hoc genere Ambrosius mirus in allusionibus, et Hieronymus in arca-

nis

nis literis exercitatissimus. Quod si minus uacabit immorari singulis, omnes tamē censeo degustandos, quorum in præsentia catalogum texere, non est ratio. Certè propter poëtarum enarrationem, quibus mos est, ex omni disciplinarum genere sua temperare, tenenda est fabularū uis, quam unde potius petas, quam ab Homero, fabularum omnium parente? Tametsi Metamorphoses, ac Fasti Nasonis nō leue momentum adferent, etiamsi Latine scripti. Tenenda Cosmographia, quæ in historijs etiam est usui, nedum in poëtis. Hanc breuiissime tradit Pöponius Mela, doctissime Ptolemaeus, diligentissime Plinius. Nam Strabo nō hoc tantū agit. Hic præcipua pars est obseruasse quæ montium, fluminum, regionum, urbium, uulgo recepta uocabula, quibus antiquis respondeant. Eadem debet esse cura in arborum, herbarum, animantium, instrumentorum, uestium, gemmarum nominibus, in quibus incredibile dictu, quam nihil intelligat literatorū uulgaris. Horum notitia partim è diuersis autoribus, quæ de re rustica, de re militari, de architectura, de re culinaria, de gemmis, de plantis, de naturis animantium conscripserunt, colligitur. Quanq; Iulius Pollux ex professo de rerum uocabulis tradidit, quæ utinam tam accurate distinxisset, quam cōgessit copiose, partim ex Etymologijs, partim ex his linguis, quæ prisci sermonis et incorrupti, manifesta uestigia seruant in hanc usq; etat

z 3 tem,

tem, cuiusmodi lingua Constantinopolitanorum, Italorum, & Hispanorum, nam Gallorum oratio longius degenerauit. Tenenda antiquitas, quæ non modo ex uetustis autoribus, uerum etiam è nomismatis priscis, è titulis saxisq; colligitur. Ediscenda & Deorum genealogia, quibus undiq; refertæ sunt fabulæ. È post Hesiodum felicius, quam pro suo seculo, tradidit Boecius. Non ignoranda astrologia, quod hanc pañim suis figuratis aspergunt poëtæ, præsertim Higini. Tenenda rerum omnium uis atq; natura, propterea quod hinc similia, epitheta, comparationes, imagines, metaphoræ, atq; alia id genus schemata solent mutuo sumere. In primis autem omnis tenenda est historia, cuius usus latissime patet, non tantum in poëtis. Iam si quis Prudentium, unum inter Christianos uere facundum poëtam uolet enarrare, literas etiam arcanae calleat oportet. Postremo, nulla disciplina est, nec militiae, nec rei rusticæ, nec musices, nec architecturæ, quæ non usui sit ijs, qui poëtas, aut oratores antiquos suscepint enarrantos. Sed uideo, iam dudum frontem cōtrahis. Ne tu inquis, immēsum onus imponis etiam literatori. Onero sanè, sed unū ut quamplurimos exonerem. Volo ut unus euoluat omnia, ne singulis universa sint euoluenda. Iam uero de formando puerorum ore, dcq; tradendis ceu per lusum, iocūq; literarum figuris, satis præcepit Fabius. Evidem post trādita

dita elementa prima, malim ad usum loquendi statim
uocari puerum. Etenim cum intra pauculos menses,
quamvis barbaram linguam ætas ea sonet, quid uerat,
quo minus idem fiat in lingua Græca, siue Latina? Ve-
rū id nec in magno puerorum grege locum habet,
et domesticam præceptoris consuetudinem requirit.
Quanquam in ludo quoq; dabit operam, ut siue plu-
ribus loquatur, siue seorsum uni, quam potest emen-
datissime dicat. Quædam obiter interpretetur, et ut
imitentur, admoneat. Loquētes illos aliquoties collau-
det, si quid dictum erit aptius, aut emendet, cum erra-
bunt. Ea res efficiet, ut illi quoq; consuescant circum-
spectius et accuratius loqui, et præceptorem loquen-
tem attentius obseruent. Iuuabit et illud, si preposi-
tis præmiolis aut poenis, uelut ex lege prouocentur,
ut ipsi quoq; inter se se aliis alium emendent. Porro
præceptor eruditiores aliquot deliget, qui controuer-
fiam finiant. Neq; fuerit inutile, ceu formulas aliquot
proponere pueris, quibus orationibus in lusu, quibus
in congressu, quibus in conuiuijs uti debeant. Has sic
oportet esse doctas, ut simul et faciles sint, et iucun-
dæ. Porro, doctor ille diligens et doctus, acriq; iudi-
cio, no grauabitur, collatis omnibus Grammaticorum
præceptis, excerpere quædam, et simplicissima, quo
ad fieri potest, et breuissima, tum ordine quammaxi-
me commodo. Postea quam ea tradidit, statim ad au-

torem aliquem ad id accommodatiſimum, ac loquendi, ſcribendiq; conſuetudinē uocentur. Hic p̄ceptio-nes ante traditas ut incident, exemplaq; diligenter inculcabit, quibus etiam addet non nihil, uelut iam tum ad maiora properans. Hinc iam thematijs exerceri debent, in quibus illud in primis cauendum, ne (quod fieri ſolet) aut ſenſu ſint inepto, aut ſermone in falſo, ſed argutam aliquā, aut uenustam habeant ſententum, quæ tamen ab ingenio puerili non nimium abhorreat, ut interim aliud agentes, ſimul & aliquid diſcant, in grauioribus ſtudijs uſui futurū. Habeat igitur thema, quod pueris proponas, aut historiam memorabilem. Quod genus ſunt illi, Marcelli p̄ceps calorem Ro-manam ſubuertit, Fabij prudens cunctatio reſtituit. Quanquam hic ſub eft etiam ſentētia. Ni mirum p̄cipitata conſilia parum feliciter euenire ſolere. Item, diſſicile iudicatuſit, uter altero fuerit ſtultior, Crates, qui aurum abiecit in mare, an Midas, qui exiſtimauit nihil auro melius eſſe. Item, Demoſtheni ac Ciceroni immodica eloquentia exitio fuit. Rurſum, nullalauis Codri regis meritis par eſſe potest, qui ciuium ſalutem propriæ uitæ diſpendio redimendam putauit. Sed non magni negotij fuerit huiusmodi uim ex historiogra-phis, p̄cipue Valerio Maximo, colligere. Aut fabula habeat, ut illud, Hercules expugnandis monſtris im-mortalitatem ſibi parauit. Muſæ fontibus ac nemori-

bus

bus unice gaudent, à fumosis urbibus abhorrent. Aut Apologum, ut rectè docuit Caßita, non esse committendum amicis negocium, quod per te possis cōficere. Item, manticam pectore propendentem uident omnes: eam, quæ à tergo pendet, uidet nemo. Item, Sapiebat uulpes, quæ maluit muscas iam propè saturas retinere, quām his expunctis, uacuas ac sitientes admittere, quæ quicquid reliquum esset sanguinis, epotarēt. Aut Apophthegma, ut, Longe dissentiebat à uulgo nostræ ætatis, qui maluit uirū absq; pecunia, quām pecuniā sine uiro. Item, Iure Socrates contemnit eos, qui non edunt ut uiuant, sed uiuunt ut edant. Meritò non probauit Cato eos, qui plus sapiunt palato, quām animo. Aut Proverbiū, ut, Ne sutor ultra crepitam. Et non cuiuslibet hominis Corinthum nauigare. Ac nos quidē editis tot Chiliadibus, effecimus, ne difficilis esset horum inuentio. Aut sentētiā, ut, Nihil carius constat, quām quod precibus emitur. Et, Obsequium amicos, Veritas odium parit. Et, Amici qui procul absunt, amici non sunt. Aut rei cuiuspiam insignem naturam. Ut, Magnes ad se se ferrum attrahit, Naphtha ignē. Item, Palmæ ea est natura, ut pondere imposito, non modò nō deprimatur ad terram, uerū etiam sursum nitatur, & altius erigat se se. Item, Mirum Polypi ingenium, qui ad speciem subiecti soli mutat colorem, quo fallat insidias piscatoris. Aut figuram eximiam, aut gradationem,

z 5 tionem.

tionem. Diuitiae luxum pariunt, luxus saturitatem, saturitas ferocitatē, ferocitas odium multorū, odium perniciem. Aut Similitudinem, ut, Quemadmodum ferrum si exerceas, usu atteritur: si nō exerceas, exeditur rubigine: Ita ingenium si exerceas, labore absumentur: si non exerceas, magis otio, situq; lēditur. Aut Allegoriā: ut, Non est addendus ignis igni, Nō est addendum oleum incendio. Aut cōmutationem: ut, Non ideo te talem iudico, quod uchementer amem: sed ideo uehementer amo, quod talem iudicarim. Aut distributionem: Stultior est, quām ut possit tacere: infantior, quām ut possit loqui. Simpliciorē, quām qui possit mentiri: grauior, quām ut uelit. Sed mihi sat est indicasse tantum. Aut exquisitam aliquā elegantiam. Cuius rei non est necesse ponere exemplum. Nihil autem obstat, quō minus plures cōmoditates in eandē incident orationem: ucluti sententia, historia, prouerbii, et figura. Ergo præceptor, quem oportet aſidue in bonis autoribus obuersari, huiusmodi cū floſculos undiquaque colliget, eosq; delectos proponet: aut etiam in eam formam deuertabit, ut puerorum ingenijs sint accomodati. Postquam his rebus ad aliquantam sermonis peritiam prouectus erit puer, tum ſi uidebitur, ad maiora grammatices præcepta reuocetur: Quæ per locos & ordines quosdam ita tradenda ſunt, ut primo loco simpliciſſima proponantur, eaq; paucis. Deinde ut-

cung;

cunq; adolescentium discentium ingenia, ita maiora suis
quæq; locis oportebit subiçere. Is ordo cuiusmodi sit,
ē Theodori Gazæ grammatica exemplum sumas lice-
bit. Nec in his tamen uelim eos detineri longius, sed il-
lico ad autores grauiores reuocari. Præsertim si prius
summam illam, de qua dixi, rhetorices ac figuræ, &
carminum formas teneant. Interim thematis quoq;
difficilioribus sunt exercendi, in quibus diligendis ac
narrandis, diligentem ac doctum præceptorem requi-
ram. Quis si sit mediocris, modò sit idem modestus, nō
grauabitur hæc ab alio doctiore petere. Thematum
autem formæ huiusmodi ferè possint esse. Nunc episto-
læ breue argumentum, sed argutum, lingua vulgari
proponat, Latine Græceq;, aut utroq; sermone tra-
ctandum. Nunc Apologum, nunc narratiunculam
non insipidam, nunc sententiam ex quatuor constan-
tem partibus, utriq; simili aut ratione subiecta. Nunc
argumentationem quinq; tractandam partibus, nunc
dilemma duobus, nunc expolitionem quam uocant,
septem partibus explicandam, aliquando tanquam
ad rhetorica præudentes, unū aliquod membrorum
seorsim tractent. Cuiusmodi progymnasmata scripsit
Aphthonius. Aliquando laudem, uituperationem, fabu-
lam, similitudinem, comparationem. Aliquando figu-
ram, uel descriptionem, distributionem, sermonicatio-
nem, subiectionem, notationem. Aliquoties iubeantur

carmen

carmen aliquod soluere, aliquoties solutam orationem
pedibus alligare. Interim Plimianam aut Ciceronis epi-
stolam, uerbis ac figuris imitentur. Nonnūquame an-
dem sententiam uariatis uerbis ac figuris, sēpius effe-
rant. Nonnunquam eandem Græce simul ac Latine
metro & oratione prosa uarent. Nonnunquam ean-
dem quinq; aut sex carminum generibus, quæ doctoꝝ
præscripserit, explicit. Nonnunquam sententiam
eandem per locos quamplurimos ac schemata diffu-
gant. Plurimum autem fructus est in Græcis uerten-
dis. Quare conueniet eos, hoc in genere sēpiissime ac
diligentissime exerceri. Nam simul & exercetur in-
genium in deprehendendis sententijs, & utriusq; ser-
monis uis ac proprietas penitus inspicitur: & quid
nobis cum Græcis commune sit, quid non, deprehen-
ditur. Deniq; ad reddendam Græcanicam emphasim,
omnes Latinæ lingue opes excutias oportet. Hac si
initio pueris difficultia uidebuntur, tum usu fient faci-
liora, tum præceptoris ingenium ac studium, bonam
negotij partem pueris adinnet, indicantis quæ putet
esse supra uires illorū. Atq; ijs interim exercitamentis
crebræ prælectiones autorum misceantur, ut suppetat
quod imitentur. Quanquam is, qui docet, proposito
thematè, simul uerborum quoq; & figurarū copiam
debet indicare. Subhæc ad inueniendi quoq; laborem
prouocentur, ita propositis nudis argumentis, ut suo
quisq;

quisq; Marte reperiatur, quæ pertinebunt ad rem tra-
ctandam, ornandam, locupletandam. Et hic de lectione
ac uarietatem requiram à preceptoris eruditia diligen-
tia, gustum interim exhibeo. Saepius argumentum
epistolæ proponet suasoriæ, dissuasoriæ, exhortato-
riæ, dehortatoriæ, narratoriæ, gratulatoriæ, expostu-
latoriæ, cōmendatoriæ, consolatoriæ. Et uniuscuiusq;
generis naturam locos, ac formulas quasdam cōmu-
nes, deinde etiam argumento proposito, peculiares
indicabit. Aliquando ceu declamatorium thema dabit,
in diuersis generibus, puta si iubeat eos uituperare
Iulium Cæsarem, aut Laudare Socratem, in genere de-
monstratiuo. Item, statim optima discenda. In opibus
non esse felicitatem. Matrem proprio lacte nutrire de-
bere, quod peperit. Literis Græcis non esse dandam,
aut esse dandam operam. Vxorem esse ducendam, aut
non esse ducendam. Peregrinandum esse, aut non esse
peregrinandū, in genere suasorio. Item, M. Horatium
indignum esse supplicio, in genere iudiciali. Verum
hanc palæstram primum ingredientibus, non graua-
bitur is, qui docendi prouinciam suscepit, primum in-
dicare, quot propositionibus id argumentum tractari
possit. Præterea propositionum ordinem demonstra-
bit, ex quo pacto alia ex alia pendeat. Deinde quot ra-
tionibus unaquæq; propositio fulciri debet, quot con-
firmationibus unaquæq; ratio. Tum circumstantias.

ac

ac locos, unde ista peti possint. Deinde quibus similibus, dissimilibus, exemplis, collationibus, sententijs, proverbijs, fabulis, Apologis unaquæque pars locupletari queat. Ostendat et schemata, si qua insigniter ui debuntur incidere posse, quæ uel acriorem, uel ampliorrem, uel magis dilucidam, uel iucundiorē reddat orationem. Si quid erit amplificandum, rationem demonstret: siue per locos communes, siue per eas rationes, quas in quatuor formas distribuit Quintil. Quod si qui inciderint affectus, hi quoque quo pacto tractandi sint, admonebit. Quin et connectendi rationes prescribat, quis sit optimus futurus transitus, ab exordio ad narrationem, à narratione ad diuisionē, à diuisione ad argumentationē, à propositione ad propositiōnem, à ratione ad rationem, ab argumentatione ad epilogum, aut perorationē. Ostendat et formulas aliquot, quibus ibi cōmode possint exordiri, aut etiā perorare. Postremo si potest, locos aliquot in autoribus indicet, unde ualeant aliqui imitandū sumere, propter rerum affinitatem. Id ubi septies, aut octies erit factum, iam incipient (quod ait Horatius) sine cortice nare: et sati erit nudum thema ministrasse, nec necesse fuerit, semper uelut infantibus cibum præmansum in os inserere. Nec mihi displaceat illud exercitationis genus, quod apud antiquos in usu uidetur fuisse: ut ex Homero, Sophocle, Euripide, Virgilio, aut etiā ex historijs aliquando

aliquando legantur themata. Puta, ut Menelaus apud Troianam concionem repetat Helenam. Aut Phoenix suadeat Achilli, ut redeat in prælium. Aut Vlysses suadeat Troianis, ut Helenam reddant potius, quam bellum experiantur. Quo in genere extant aliquot Libanij & Aristidis declamationes. Præterea, uti suadeat aliquis amicus Ciceroni, ne conditionem ab Antonio oblatam accipiat, quod argumentum est apud Senecam. Vti Phalaris suadeat Delphis, ut taurū æneum Deo suo consecrent. Ad hoc genus pertinent epistolæ, quæ Phalaridis, ac Brutii nomine circumferuntur. In emendando collaudabit, si quid felicius inuentum, tractatum, aut imitatū uidebitur, si quid prætermissum, aut non suo loco positum, si quid nimiū, aut remissius, si quid obscurius, aut etiam si quid parum eleganter dictum erit, admonebit. Et quo pacto mutari possit ostendet, ac mutari, & sæpius iubebit. Extimulabit autem precipue discentium animos, cōparatione profectus, uelut æmulatione quadam, inter ipsos excitata. Iam in prælegendis autoribus nolim te facere, quod prava quadam ambitione uulgs professorum hodie facit, ut omni loco coneris omnia dicere, sed ea duntaxat, quæ explicando præsenti loco sint idonea, nisi si quando delectâdi causa digrediendū uidebitur. Quod si huius quoq; rei rationem à me requiris, hæc mihi quidem uidebitur optima. Primo loco ad cōciliandos auditores,

laudes

Laudes eius, quem prælegendum sumit, paucis explicet. Deinde argumenti iucunditatem, utilitatemq; ostendat. Deinde uocem argumenti, si forte (ut faciunt plerique) uarios habeat usus, explicet ac distinguat. Veliuti Comœdiam (ut hoc exempli loco sumamus) Terentianam interpretaturus, in primis de autoris fortuna, de ingenio, de sermonis elegacia paucis differat. Deinde de quantum habeat et uoluptatis, et utilitatis Comœdiarum lectio, deinde quid significet ea vox, et unde ducta, et quot sint Comœdiarum genera, et quae sint Comœdiæ leges. Deinde, quam potest ex dilucide, et breuiter summam explicet argumenti. Carminis genus diligenter indicet. Post ordinet simplicius, deinde singula fusius explicet. Deinde si qua insignis elegacia, si quid prisce dictum, si quid nouatum, si quid Graecanicum, si quid obscurius, aut longius redditum, si diuina aut perturbatior ordo, si qua Etymologia, si qua deriuatio aut compositio scitu digna, si qua Orthographia, si qua figura, si qui loci rhetorici, si qua exornatio, si quid depravatum, diligenter admoneat. Tum loca similia ex autoribus conferat, si quid diuersum, si quid affine, si quid imitatum, si quid allusum, si quid aliunde translatum, aut mutuo sumptum, ut sunt plerique Latinorum à Græcis profecta, ne id quidem taceat. Postremo ad philosophiam ueniat, et Poëtarum fabulas apte trahat ad mores, uel tanquam exempla.

vt

Ut Pyladis & Orestis, ad amicitiae cōmendationem.
 Tantali fabulam ad auaritiae detestationem. In his nō
 mediocriter adiuuabit docentem Eustathius, Homeri
 interpres. Atq; ita fiet (si modò sit ingenij dextri præ-
 ceptor) ut etiam si quid inciderit, quod inficere posse
 etatem illam, non solum non officiat moribus, uerum-
 etiam utilitatē aliquam adferat, uidelicet animis par-
 tim ad annotationem intentis, partim ad altiores cogi-
 tationes auocatis. Veluti si quis præelecturus secundam
 Maronis Aeglogam, cōmoda præfatione præparet, uel
 potius præmunit audītorū animos, ad hūc modum,
 ut dicat, Amicitiam non coire, nisi inter similes: simili-
 tudinē enim esse benevolentiae mutuae conciliatricem:
 contrā, dissimilitudinē odij, dissidijq; parentē. Quoq;
 maior ac uerior, stabiliorq; similitudo fuerit, hoc fir-
 mior, atq; arctior est amicitia. Id nimirū sibi uelle tot
 apud autores proverbia: Boni ad bonorum conuiuia,
 et inuocati accedūt. Et, Simile gaudet simili. Et, Aequa-
 lis æqualem delectat. Et, Aequalem tibi uxore quere.
 Et, Ut semper similem ducit Deus ad similem. Et, Sem-
 per graculus assidit graculo. Et, Similes habet labra la-
 lucas. Et, Pares cum paribus facilime cōgregantur.
 Et, Cascus Cascam ducit. Et, Balbus balbum rectius in-
 telligit. Et, Cicada cicadæ chara, formica formicæ. Et,
 Cretensis cum Aegynita. Contra tot dissimilitudinis
 Adagia, nihil aliud sibi uelle, quam inter eos, qui dissimili-

A mill

mili sunt fortuna, dissimili uitæ instituto, dissimilibus studijs, aut omnino non coire amicitiam: aut si coierit, non cohærere, citoq; dirimi: atq; ob id fieri, ut idiota studiosum literarū oderit, prophanus sacerdotem, rusticus aulicum, iuuenis senem. Atq; in eodem genere, Epicureus Stoicum, philosophus iuris consultum, Poëta Theologum, balbus eloquentem. Hinc geminorum gratiam fratrum, Amphionis & Zeti penè dissiliisse, quod alter lyræ studiosus esset, alter agris colēdis gauderet, ac dissilierat, nisi Amphion abiecta lyra fratris ingenio cessisset. Ob eandem causam in sincera fuit Castoris & Pollucis amicitia: neq; caruit infamia tentati parricidij, cum uterq; eodem ex uno essent prognati, ut iam magis esse gemelli nō possent, quod alter pugil esset, alter equis delectaretur. Hinc male conuenisse Remo cū Romulo, quod alter tristioribus ac saueris esset moribus, alter blandior, unde & Romulo pro Remo mutatum nomen. Pessime conuenisse Cain cum Abel, quod diuerso uitæ genere caperentur. Summum autem amorē summæ similitudinis esse comitem atq; ideo uictum à Poëtis, quemadmodum Narcissus, ante ab omni abhorrens consortio, simul atq; suam ipsius imaginem in limpidissimo fonte cōspexisset, protinus amore flagratiissimo cœpit ardere. Quod enim nostræ similius, quam ipsa imago? Ergo cum doctus doctum amat, sobrius sobrium, modestus modestum, probus probum,

bum, nihil aliud amat uterq; quām suam ipsius in altero imaginem, hoc est, seipsum, sed alio modo. Verum ea similitudo, siquidem sita est in bonis animi, quae uere sunt bona, hoc est, pietate, iustitia, temperantia, tum eiusmodi nascitur amicitia, cuiusmodi sunt et res, quibus amicitia conciliatur, hoc est, honesta, uera, sincera, stabilis, æterna. Contrà, si in rebus corporeis ac fluxis, aut etiam turpibus, eam nec uere esse amicitiam, nec iucundam, nec diuturnam ostendet. Proinde, Platonem duas finxisse Veneres, alteram cœlestem, alteram terrestrem. Duos item Cupidines, suæ utrung; matris respondentes. Cœlestem ueras gignere sumas, et huius filium ueros et honestos immittere amores. Inter bonos semper amorem esse mutuum: Inter uulgarres plerung; alterum amare, alterum odiisse, alterum prosequi, alterum fugitare. Id accedit ferè propter ingeniorum, uitæq; dissimilitudinem. Quod quidem eleganter significat apud Poëtas Cupido, qui non unquam hunc aurea cupide figit, illū plumbea, illum ut amet, hunc ut abhorreat: atq; hoc amicitiae genere nihil esse potest infelicius. Eius igitur amicitiae male coherētis, quasi simulachrum quoddam, in hac Aegloga proponit Virgilius. Corydon rusticus, Alexis urbanus. Corydon pastor, Alexis aulicus. Corydon indoctus (nam huius carmina uocat incondita) Alexis eruditus. Corydon etate proueclus, Alexis adolescens. Corydon

A 2 deformis,

deformis, hic formosus. Breuiter dissimilia omnia.
 Quare prudentis est, amicum suis moribus aptum diligere, si uelit amari mutuum. Hæc inquam si preferatur, tum autem locos demonstratorios perperam, et bucolice à rustico affectatos indicet, nihil opinor turpe ueniet in mentem auditoribus, nisi si quis iam corruptus accesserit: nam iste uenenum nō hinc hauserit, sed huc secum attulerit. Hoc exemplum uerbosius exposui, quo facilius in cæteris, item sibi quisque similiare periat. Iam, in aggressu cuiusque operis conueniet ingenerare demonstrare, quæ sit argumenti natura, et quid in eo potissimum sit spectandum. Velut in Epigrammatis argutum, breuitatem laudari. Tum iocandirationes, quas Fabius et Cicero tradunt, indicabit. Hoc genus præcipue gaudere Epiphonematis, cōmode in fine adiectis, quæ cogitationem uelut aculeatum in animo lectoris relinquat. In Tragœdia præcipue spectando affectus. Et quidē ferè aciores illos, iij, quibus rebus moueantur, paucis ostendet. Tum argumenta uerbi declamantium. Postremo descriptiones locorum, temporum, rerū, aliquoties et argutas altercationes incidere, quæ nunc distichis, nunc singulis uersibus, nunc hemistichijs absoluantur. In Comœdiacum primis obseruandum esse decorum, et uitæ cōmunitatis imitationem, affectus esse mitiores, et iucundos magis quam acres. Decorum autem in primis spectari, non solum

solum

solum illud communis, ut adolescentes ament, lenones
peierent, blandiatur meretrix, obiurget senex, fallat
seruus, iactet se miles, atq; id genus alia. Verum pecu-
liare quoddam, quod suo arbitratu alius alijs affingit
poëta. Velut in Andria duos inducit senes, longe diuer-
so ingenio. Simonem uehementē, ac submoroſum, haud
ſtultum tamen, nec improbū. Contrā, Chremetem ci-
uilem, ac ſemper placidū, ubiq; ſibi præſentem, omnia,
quantum potest, pacātem: at ita tamen lenem, ut mini-
me stupidum. Duos item adolescentes diſſimili natura.
Pamphilum cordatum pro ratione etatis, & consulta-
bundum, ſed acriorem, ut Simonis filium poſſis agno-
ſcere. E' diuerſo Charinum puerilem, ineptum, conſi-
lijq; inopem. Rurſum ſeruos duos diuerſis moribus.
Danum uafrum, et conſilijs abundantem, ac ſperandē
pertinacifſimum autorem. E' regione Birriam nullius
conſiliij, tantum perpetuum deſperationis autorem he-
ro. Ade undem modum in Adelphis, Mitionem etiam
in obiurgando mitem, ac festuum. Demeam etiam in
blandiendo amarulentum. Rurſum Aefchinum pro-
pter urbanæ uitæ conſuetudinē, & Mitionis fiduciam
nihil non audentem, ſed ita ut probum ingeniū depre-
hendas, officiosum in fratrem, fidum in puellam. E' di-
uerſo Ctesiphontem ſubrufticum ac timidum, propter
earum rerum inſolentiam. Syrum callidum, & auda-
cem, nihilq; nō ſimulantem, ac diſſimulantem adeò, ut

A 3 ſola

sola ebrietas detexerit illius fucos . Dromonem stupidum, atq; hebetem . Sed ista persequi nō huius est instituti, in præsentia satis est uiam indicasse . In Aeglogis admoneat esse aurei sculli, ac priscæ illius uitæ imaginem . Proinde, quicquid illic est sententiarū, similiū, aut comparationū, à uita pastorali sumi affectus sunt simplices, cantionibus, sententijs, ac proverbijs deleantur, superstitione et augurijs capiuntur . Adeundem modum, quid propriū habeat carmen Heroicum, quid historia, quid dialogus, quid apolodus, quid Satyra, quid Oda, quid reliqua scripti genera, curabit admonere . Tum quæ sint singulorum autorum in singulis argumentis dotes, aut etiam uitia, non grauabitur indicare . Quo iam tum asuescant adolescētes, ei quod est in omnire præcipuum (iudicio) atq; in hac parte præceptorem, præter artem, & ingenium, adiuuabit etiā libellus Ciceronis de Claris oratoribus, et Quintiliani, Senecæ, atq; Antonij Campani de Scriptoribus censuræ: neq; non ueteres interpres, præcipue Donatus hac in re peculiariter occupatus . Huc pertinet & consilij ratio, ueluti, quare M. Tullius in defensione Milonis finxerit se timere . Et quare Virgilius tanto perelaudibus uehat Turnum hostem Aeneæ, et quare abdicatus medicus apud Lucianum non laedit nouercam, sed magis laudat, & in patrem acrior est, quam in nouercam . Sed id quoq; in immensum patet . At iudicabit

dicabit aliquis hæc nimium habere negotij, equidem præceptorem eruditum, longoq; usu exercitatū uolo esse. Is si continget, hæc etiam facile percipient pueri. Quod si qua initio erunt duriora, progressu & assuetudine mollescent. Optima certè sunt, nisi fallor, & optimis cōuenit statim assuēscere, quanquam hæc non ubiq; omnia sunt inculcanda, ne tedio grauentur ingenia discentium, sed ut inciderint insignora. Neq; uero minorem adhibeat curā præceptor in exigendo quæ commiserit, quam in prælegendo. Est omnino labor hic docēti grauiſſimus, sed discentibus utiliſſimus. Nec ordinem exigat duntaxat, sed quicquid scitu dignum fuerit creditum, id assueſcant bona cum fide reddere. Neq; uero deterreat ab hac re difficultas, quæ uel mens fruo temporis ſpacio uincitur. Mihi nūquam placuit, ut omnia dictata ſcribant adolescentes, fit enīm hoc paſto, ut memoriæ cultus negligatur, niſi ſi qui pauca quædam notulis uclint excipere, idq; tantisper donec uſu confirmata memoria, ſcripti non defiderent admiculum. Postremo tamē arbitror eſſe momenti incommoda docendi ratione, ſi modō diligens & eruditus contigerit præceptor, ut non dubitarim meo recipere periculo, me minore negotio, ac paucioribus annis adolescentes ad utriusq; linguae mediocrem etiam eloquentiam perducturū, modō dentur ingenia nō omnino infelia, quam iſtū literatores ad qualemq; il-

Iam suam balbutiem, uel infantiam potius prouehunt
suos. His igitur rudimentis puer in prima imbutus scho-
la, deinde bonis auibus ad altiores disciplinas cōferat
se, et quocunq; se uerterit, facile declarabit, quanto
pere referat ab optimis auspiciatum fuisse. Hæc habui
in præsentia micharissime PETRE, quæ tibi destu-
dij ratione scriberem, ea si placent, utere: si minus, se-
dulitatem certè nostram pro tuo candore boni consu-
les. Tu modò perge ita ut instituisti, in bonas literas
incubere, ac Galliam tuam alioqui florentissimam,
honestissimis etiam studijs illustra. Vale,

PINIS.

**CONCIO DE PVE
RO IESV, PRONVNCIATA
▲ PVERO IN SCHOLA
Coletica, nuper instituta
Londini.**



V E R apud pueros uerba fa-
cturus de ineffabili puero
I E S V, non optarim mihi
Tullianâ illam eloquentiam,
quæ breui atq; inani uolu-
ptate aures deliniat. Quan-
tum enim abest CHRISTI
sapientia

sapientia à sapientia mundi (abest autem immenso in-
 tervallo) tantum oportet Christianam eloquentiam à
 mundana differre eloquentia. Sed illud unā mecum ar-
 dentibus uotis impetratis uelim ab optimi I E S V opti-
 mo patre Deo, à quo ceu fonte bonorum omnium sum-
 ma proficiscitur, quiq; solus fœcundo illo suo spiritu
 linguas infantium reddit disertas, uel è lacientium ore
 laudem absolutā depromere solitus, ut quemadmodum
 omnis nostra uita non alium exprimere debet, quām
 ipsum, de quo dicturi sumus I E S V M: ita & oratio no-
 stra illum sapiat, illum referat, illum spiret, qui & uer-
 bum est patris, & uerba uitæ solus habet, cuius sermo
 uiuus, & efficax, penetrantior est quo uis gladio anci-
 piti, ad intimos etiam cordis recessus penetrans. Utq;
 ipse, de cuius uentre flumina promanant aquæ uiue,
 non grauetur per organum uocis nostræ, uelut per ca-
 nalem, in omnium uestrum animos influere, multoq;
 gratiæ cœlestis irrigare succo. Id ita futurum confido,
 commilitones mei charissimi, si pijs uotis purgatas, ac
 uere sitientes aures adiungetis. Eas uidelicet aures,
 quas æternus ille sermo requirens in Euangelio, Qui
 habet (inquit) aures ad audiendum, audiat. Nos porro
 cur non audiamus rem hanc, arduam quidem illam, sed
 tamen piam aggredi? Præsertim ipso adiutore Deo, in
 quo hoc plus potest mortalis infirmitas, quo minus
 suis nititur uiribus, et in quo P A V L U S omnia se posse

A 5 gloriatur.

gloriatur. Iam uero cum tanto studio flagrent isti, qui
 mundanæ, hoc est, diabolicæ militiæ dedere nomina,
 ut suum quicq; ducē laudibus uchant. Nobis quid prius
 aut antiquius esse debet, quam ut præceptorem, undi-
 cem, imperatorem nostrum I E S V M, ac eundem qui-
 dem omniū, sed tamen peculiariter nostrum, id est, pue-
 rorum principē, certatim pijs celebremus preconijs.
 Hunc in primis cognoscere studeamus, cognitum lau-
 demus, laudatum amemus, amatum exprimamus, atq;
 imitemur, imitantes eo fruamur, fruentes immortali
 felicitate potiamur. Sed in tam ubere tanquam immen-
 sarerum copia, unde quæso initium aut ubi finem no-
 stra reperiet oratio? Cū is, de quo loqui paramus, fons
 sit, uel (ut uerius dicam) oceanus bonorū omnium. Ve-
 riū ut ipse natura incōprehensus & infinitus, tamen
 se se uelut in arctum cohibuit, contraxitq;. Itidem &
 nostra oratio in explicādis eius laudibus, quæ modum
 nesciunt, modum tamen ipsa sibi faciat oportet. Equi-
 dem tria potissimum esse uideo, quæ uel discipulorum,
 uel militū animos solent ad grauiter agendum inflam-
 māre, ea sunt ducis admiratio, amor & præmiū. Itaq;
 quo præceptor i nostro ac duci I E S V studijs alacrio-
 ribus pareamus, agedum singulatim hæc in eo pia cur-
 riositate consideremus. Primo loco quam fit suscipien-
 dus undiq; ac stupendus. Deinde quantopere diligendus,
 atq; ob id imitandus. Postremo, quam ingens dilec-
 tionis

etionis fructus. Ac mos quidem est rhetorū in hoc dicendi genere, illustrium principū adhibere exempla, uidelicet quo collatione crescat is, quem conantur laudibus attollere. Verū imperator noster usque adeò superat omne celsitudinis humanæ fastigiū, ut quicquid quantumvis egregiū adhibueris, tenebras admoueris, non lucem. Cuius enim imagines, ac natalium splendor non uideatur esse fumus, si cum I E S V cōponas. Qui quidem, ineffabili, immō etiam incogitabili ratione Deus à Deo semper absq; tempore nascitur, æterno summoq; parenti per omnia equalis? Quanquam huius uel humana nativitas non' ne facile regum omnīū claritatem obscurauerit? Quippe qui stupente rerum natura, autore patre, afflante spiritu, pronubo Angelo, cī trauirilem operam, uirgo de uirgine cœlitus grauida, natus est homo in tempore: ex rursum ita natus homo, ut ncq; Deus esse desineret, neq; sordidum nostrarum quicquam omnino contraheret. Iam uero quid eo fingi potest amplius, qui infusus per omnia, nullo tamen loco coabitus, in se ipso manet immensus? Quid illo diuisus, qui summum illud est bonum, à quo bona promanant omnia, nec tamen ipse diminui potest? Quid illustrius eo, qui splendor est paternæ gloriae, quiq; solus illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum? Quid illo potentius, cui pater omnipotens universam tradidit potestatem in cœlo ex interra? Quid efficacius

efficacius eo, qui simplici nutu condidit uniuersa, ad
 cuius iussum filescit mare, uertuntur rerum species, fu-
 giunt morbi, concidunt armati, pelluntur dæmones,
 seruiunt elementa, stinduntur petræ, recuiuscunt mor-
 tui, resipiscunt peccatores, deniq; nouantur omnia:
 Quid augustius eo, quē admirantur superi, tremunt
 inferi, medius hic orbis supplex adorat, ad cuius com-
 parationem summireges nihil aliud quam uermiculos
 esse se confitentur? Quid eo fortius atque invictius, qui
 solus mortem alijs invictam, sua morte deuicit, ac sa-
 thanæ tyrannidem cœlesti uirtute demolitus est? Quid
 triumphantius eo, qui per fractis ac spoliatis inferis,
 tot pijs comitatus animabus, uictor cœlos adiit, ibi q;
 sedet ad dexteram Dei patris? Quid illo sapientius,
 qui tam admirabili ratione cuncta condidit, ut uel in
 apicula tot, tantaq; suæ sapientiæ reliquerit miracula?
 quiq; tam stupendo rerum ordine, atq; harmonia ne-
 cit, continet, administrat uniuersa, obiens omnia: nec
 tamen à se ipso discedens, omnia mouens ipse immotus,
 omnia concutiens ipse tranquillus, postremo in quo id,
 quod stultißimum est, uniuersam mortaliū sophorum
 sapientiam longo superat interuallo. Cuius debet no-
 bis esse grauior autoritas, quam eius de quo pater ipse
 palam est testificatus: Hic est filius meus dilectus, in
 quo mihi cōplacui, ipsum audite. Quid æquereueren-
 dum, atq; is cuius oculis perspicua sunt omnia? Quid
 perinde

perinde formidandum atq; ille, qui solo nutu potest et
 animam, & corpus intartara mittere? Quid aut for-
 mosius eo, cuius uultū intueri summa est felicitas? De-
 niq; si multis pretium reddit antiquitas, quid illo anti-
 quius, qui nec initium habet, nec finem est habiturus.
 Sed fortasse magis conuenerit, ut pueri puerum admi-
 remur, quandoquidem hic quoq; stupendus occurrit,
 usque adeo, quod illius est infimū, sublimius est ijs, quæ
 sunt apud homines excelsissima. Quantus erat ille,
 quem infantulum uagientem, pannosum, abiectum in
 præsepe, tamen cœlitus canunt angeli, adorant pasto-
 res, adorat & quæ genuit, agnoscunt bruta animantia,
 indicat stella, uenerantur Magi, timet rex Herodes,
 trepidat omnis Hierosolyma, sanctus amplectitur Sy-
 meon, uaticinatur Anna, in spem salutis eriguntur pije?
 O humilem sublimitatem, & sublimem humilitatem.
 Si noua miramur, quid simile unquam aut factum, aut
 auditum, aut cogitatum? Si magna suspicimus, quid no-
 stro I E S V modis omnibus amplius, quem nulla crea-
 tura posset uel exprimere uoce, uel cogitatione conci-
 pere. Huius magnitudinem, qui uelit oratione comple-
 eti, is multò stultius agat, quam si conetur uastissimum
 Oceanū angusto exhaustire cyatho. Adoranda est eius
 immensitas magis, quam explicanda, quam uel hoc
 ipsom agis mirari conuenit, quo minus assequimur.
 Quid ni nos faciamus? Cum magnus ille præcursor
 indignus

'indignum sese pronunciet, qui corrigia calciamen-
tum eius soluat? Agite igitur pucri suauissimi, hoc tam
inlyto puerο I E S V praeceptore, hoc tam insigni du-
ce sancta superbia gloriemur, huius sublimitas nobis
ad pie audendum animos addat, in hoc uno nobis ipsi
placeamus, ut existimantes illius omnia nobis esse co-
munia nosipso meliores arbitremur, quam qui semel
tali addicti imperatori, mudo, uitij's ue, sordidissimis
utiq; dominis seruiamus.

SECUNDA PARS.

Sed admirantur et contremiscunt etiam dāmo-
nes, at amant soli pij. Quamobrem altera hu-
ius orationis pars, ut proprius ad nos pertinet, ita est
attentioribus auribus accipienda. Videlicet quot nomi-
nibus I E S V S sit nobis amandus, uel redemandus
magis, ut qui nos et nondum conditos ante omnem
pius amarit in se, in quo iam tum erant omnia. Ifa nati-
ua sua bonitate cum nihil essemus, nos finxit: finxit au-
tem non quoduis animal, sed hominem, et finxit ad
suam ipsius imaginem, hoc est, summi boni capaces, ac
sacro sui oris afflatu spiritum uitalem indidit. Ad haec
caeteris animantibus imperio nostro parere iubet.
Quinetiam angelis in nostri tutelam designatis, latif-
simam hanc, ac pulcherrimā mundi fabricam nostris
addixit usibus. In qua nos uelut in admirabili quodam
theatro constituit, ut in rebus creatis opificis sapien-
tiam

tiam admiraremur, bonitatem amaremus, potentiam
ueneraremur: quoq; id magis fieret, tot sensum ad-
miniculis instruxit, tot animi dotibus ornauit, tan-
perspicaci ingenij lumine cōdecorauit. Quid hoc anē
māte fīngi poterat uel admirabilius uel felicius? Sed ō
semper felicitatis comitem inuidiam. Rursum serpen-
tis astu in peccatū, hoc est, plusquam in nihilum rela-
psus est miser. Sed hic tu rursum optime i e s v, quām
ineffabili consilio, quām in auditō exemplo, quām in-
comparabili charitate, tuū figmentū restituisti? Nam
ita restituisti, ut labi propemodū expedierit, eāq; cul-
pam quidā nō absurde felicē uocauerit. Omnia debe-
bamus conditori, at reparatori plusquam omnia debe-
mus. Vltro temetipsum ē regno patris in hoc nostrum
exiliū demisisti, ut nos in Paradiso exactos, cœli ciues.
redderes: nostram humanitatē assumpsisti, ut nos in
tue diuinitatis cōsortiū ascisceres: nostrū hūc limum
induisti, ut nos immortalitatis gloria uestires: nostra
tectus forma, nobiscū in hoc calamitoso mundo cōplas-
res annos agere uoluisti, ut uel sic in tui raperes amore
nudus in hanc lucē, immo nocte emersisti nobiscū: atq;
ad eo pro nobis uagisti, sitisti, csuristi, alisti, astuasti,
laborasti, delassatus es, eguisti, uigilasti, iejunasti, tot
malis nostris obnoxius eſe uoluisti, ut nos ab omni-
bus exceptos malis, in tui, hoc est, summi boni cōmunio
nē affereres. Deinde per omnē sanctissimā uitę tuę se-

rkv

viem, quām efficacibus exemplis animos nostros inflamas? qui salutaribus præceptis eridis, ac formare quam stupēdis miraculis exercefas? quām blandis monitis trahis? quām certis promissis inuitas? ut nō sit alia commodior via ad te, nisi per te ipsum, qui unus es via, ueritas, et uita. Sed uiam non indicasti modo, uerum etiam aperiūsti, dum pro nobis uinciri, trahi, damnari, rideri, cædi, confugi, uapulare, probris affici, demum et in ara crucis agnus sine macula immolari uoluisti, ut nostuis uinculis solueres, tuis sanares uulneribus, tuo lauares sanguine, tua morte ad immortalitatem eueheres. In summa, totum te nobis impediti, ut tui (si fieri posset) iactura nos perditos seruares, uitæ redditus toties tuis apparuisti, atque illis intuentibus patrem repetisti, ut membra considerent eo se peruentura, quo caput iam præcessisse conspicerent. Deinde quo magis confirmares amicos, patre placato egregium illud perpetui amoris tui pignus misisti, sacram illum spiritum, quo mortui mundo longe uerius ac felicius iam uiueremus in te, quām nostro hoc spiritu uiuimus. Quæso quid his summae charitatis argumentis poterat accedere? Ne hæc quidem tam multa, tam magna flagrantissimo tuo in nos amoris sat erant. Quis enim commemorare posset, quod martyrum mortibus nos ad huius uitæ contemptum animas? quo uirginum exemplis ad continentiam accendis? quo sanguinum florum

Elorum mōnumentis ad pietatem solicitas? quām admirandis ecclesiæ tuæ sacramentis communis pariter ac ditas? ut consolaris, erigis, armas, doces, mones, trahis, ratis, mutas, transformas nos arcanis tuis literis, in quibus uiuas quasdam tui scintillulas condi uoluisti, magnum amoris incendium excitaturas, si quis modò pia diligentia conetur excutere. Deniq; quām undiq; nobis obuius es, ne quando liceat obliuisci tui. Ad hæc quām paterne toleras peccantes? quām clementer recipis ad te redeentes? Nec imputas benefacta tua gratis, nec resipiscētibus nostra imputas malefacta, ut subinde tacitis uellicas, ac trahis instinctibus? ut emendas aduersis? ut allicis prosperis? ut omnem moues lapidem? ut nusquā cessat ardētissima charitas in founis, asserēdis, tuēdis, beādis nobis? Sed quām pauca de tam innumeris perstrinximus commilitones, & tam uidentis quām sit immēsus beneficiorum aceruus. Eat nunc qui uolet, & Pyladas, Orestes, Pirithoos, Theseos, Damonias, ac Pythias uerbis phaleratis efferaūt mera præ his nugamenta. Atq; hæc quidem contulit ultro nihil promeritis, immo transfugis, atq; hostibus, & à quibus nihil omnino mutui beneficij redire poterat. Si mediocribus officijs homines ad amandum hominem accendimur, hunc cōditorem, uindicem, sic amantē, sic promeritū, nō saltem redamabimus? quandoquidem hanc solam gratiam ille à nobis reposcit,

B quant

quam tamen ipsum in nostrum refundit lucrum. Adamas sanguine mollescit hircino, aquilæ, leones, pardi, delphines, dracones agnoscunt ac referūt beneficium: & ô duritiā cordis humani plusquam adamantinam, si tam inaudita charitate non mitescit: ô ingratitudinem plusquam beluinam, si tantorum meritorū potest obliuisci: ô singularem impudentiam, dicam an potius dementiam, si sic conditus, sic restitutus, sic locupletatus, tanta obrutus beneficentia, ad tantas uocatus spes, quicquam amare potest, præter illum unum, in quo & à quo sunt omnia, quiq; nobis omnia secum impertit. Porrò autē quanquā hæc mortalis omnis complebitur, tamen nos illi peculiariter debemus, præterea quod in nostrum, hoc est puerorum ordinem singulari quadam propensione, atque indulgentia fuisse sepe pluribus declarauit argumentis. Primum, quod ita ut erat uatum oraculis promissus, puer parvulus nasci uoluit cū esset immensus. Præterea quod adhuc uteriusvirgine i latebris inclusus, infantis item nondum nati, gestu atq; exultatione gauisus est salutari. Deinde quod statim innocentium puerorum sanguine, suam nativitatē uoluit consecrari, ut his quasi uelitibus dux invictus bellum auispicaretur. Adde his quod instantे morte triumphali, Hierosolymam ueniens, puerorum occursu atq; officio decorari, puerorum uoce suas laudes decantari maluit. Iam uero quād amantem, quād solicitum

solicitorum puerorum patronum agit? cum matribus
 infantes suos offerentibus, ut I E S V contactu conse-
 crarentur, discipulis ne possent admitti uerantibus in-
 dignans, Sinite (inquit) paruulos uenire ad me. Neq;
 uero pueris benedixit tantum, uerum etiam negat ul-
 li mortalium aditum patere in regnum cœlorum, nisi
 qui ad paruolorū formam descenderit. Rursum quām
 amanter & illud? cum tam grauiter deterret ab offen-
 dendis pusillis, affirmans magis expedire, ut molari
 saxon collo alligato præceps in mare detur aliquis,
 quām ut unam quemlibet ex his paruulis offendat.
 Atq; his quām insigne addidit elogium ad puerorum
 commendationem? Amen dico uobis, angeli eorū sem-
 per uident faciem patris. Gratias agit tibi tuus, tibi que
 dicatus grex I E S V præceptor, cui queso, ut sacras
 tuas manus semper admouere uelis, & ab omniscan-
 dalo procul arceas. Quid illud? non' ne magnum amo-
 ris indicium, cum puerum in medio collocatum disci-
 pulis eum exemplum proponit? Nisi inquiens, cōuer-
 si fueritis, & efficiamini sicut paruulus iste, non intra-
 bitis in regnum cœlorū. An non eodem pertinet? cum
 Nicodemo sciscitanti, qua uia possit ad uitam immor-
 tale pertingere, iubet ut denuo renascatur, hoc est, in
 puerum redeat. Vsque adeò C H R I S T O duci nostro
 placuit infantia, ut senes etiam cogat repuerascere, si
 modo uelint in illius admitti consortium, extra quem

B 2 nulla

nulla salutis spes est. Neq; uero à C H R I S T O dissonat Petrus, cum admonet, ut tanquam nuper æditi infantes lac concupiscamus. Neque discrepat P A V - L V S, Filioli mei, inquiens, quos iterum parturio, do- nec formetur C H R I S T V S in uobis. Idem paruu- los in C H R I S T O lacie potat. Multa sunt id genus loca in mysticis literis. Omnino Christianismus nihil aliud est, quam renascētia, quam repuerascentia quæ- dam. Magnum igitur pueri, magnum pueritiae sacra- mentum, qua I E S V S tantopere delectatus est. Non cōtemnamus etatem nostram, quam uerus ille rerum aestimator tanti fecit. Tantum demus operam, ut eius- modi simus pueri, cuiusmodi diligit I E S V S. Diligit autem innocuos, puros, dociles, simplices: atque illud interim meminerimus hanc Deo gratam pueritiam, non in annis esse sitam, sed in animis: non in tempori- bus, sed in moribus. Est enim præposterum quoddam, nobisq; magnopere fugiendum puerorum genus, qui mente leui, mente sunt hirsuta, & etate impuberes, uitiosa astutia senes sunt. Est igitur nouum quoddam pueritiae genus, quod à C H R I S T O probatur, pueritia citra puerilitatem, & omnino senilis quædam pueritia, quæ non annorum numero constat, sed inno- centia, sed ingenij simplicitate. An non id palam indi- cat Petrus cum ait: Deponentes igitur omnem mali- tiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias,

C

& detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabile, & sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem. Cur addidit rationabile, nempe ut excluderet stultitiam, quæ huius ferè ætatis consueuit esse comes. Cur detrahit inuidias, simulationes, ac reliqua id genus uitia, quæ senum sunt quasi peculiaria? nimirum ut intelligeremus C H R I S T I pueros simplicitate ac puritate æstimare, nō natalibus. Ad eundem modum et Paulus: Malitia, inquit, parvuli estote, sensibus autem perfecti. Quanquam est omnino in ipsa puero rum ætate nativa quædā bonitas, ac uelut umbra quædam, ac simulacrum innocentiae, uel sp̄es potius atque indoles futurae probitatis. Mollis, & in quemuis habitudine sequax animus, pudor optimus innocentiae custos, ingenium uitijs uacuum, corporis nitor, ac uelutiflos quidam uernantis æui, & nescio quomodo quiddam spiritibus cognatum ac familiare. Neq; enim temere fit, ut quoties apparent angeli, puerili specie secofferant oculis. quinetiam magi si quando suis incātamentis spiritum eliciunt, in puerile corpus feruntur accersere: at quāto libentius spiritus ille diuinus, pijs ac sanctis euocatus uotis, in huiusmodi domicilia demigabit? Ergo ad has naturæ dotes, si accesserit summi illius & absoluti pueri imitatio, tum demum & grati illum, & illo digni pueri uidcbuntur. Etenim sic promeritum quis posſit non amar e? Verūm enim uero

B 3 ea

ea ueri amoris uis est, ut eius quod ames quam simili-
mus esse cupias. Quod si in nobis efficit amor huma-
nus, quantum emulandi studium excitabit amor diui-
nus, cui ille collatus uix amoris umbella est? Proinde
si uere atq; ex animo non uerbotenus I E S V M ama-
mus, I E S V M pro nostra uirili conemur exprime-
re, uel potius in illum transformari. Quod si uirum
asse qui nō possumus, saltem pueri puerum imitemur.
Quanquam hoc ipsum facimus est haudquaquam pue-
rile, imò senilibus etiam uiribus maius, sed quod ferè
nusquam succedat felicius quām in pueris. Etenim
quoties negocium ab humano pendet praesidio, tum
robur, aetas, sexus expenditur: uerū ubi gratiæ res
agitur, nō naturæ, tum hoc efficacius exerit se se mira-
culum spiritus, quo minus erat opis ac fiduciæ in car-
ne. Denique quid dubitemus, aut diffidamus, ipso for-
mantे, fingente, ac transformante nos, quem con-
eñmur exprimere? Quis Danieli puerō tantum addidit
prudentiæ? quis puerō Salomonī tantū tribuit sapien-
tiæ? quis tribus illis pueris tantum adiunxit toleran-
tiæ? quis puerū Hely dignū diuino fecit alloquio? quis
Nicolao puerō? quis Aegidio? quis Benedicto? quis
Agneti? quis Cæciliae? quis tot tam teneris uirguncu-
lis, tam masculam atq; iniuctam uirtutem dedit? Pro-
fectò non natura, sed gratia: & ubi minus succurrit na-
tura, ibi mirabilius operatur gratia. Hac igitur freti,
magno

magno animo studium emulandi puerum I E S V M
 capessamus, nec unquam oculos ab eo uelut à scopo
 deflectamus. Absolutum exemplar habemus, nihil est
 quod aliunde petere oporteat. Omnis illius uita, quid
 nos sequi debeamus, clamitat. Quid autē docuit puer
 ille purissimus, de purissima uirgine natus? nisi ut o-
 mnem huius mundi spurcitiem, & inquinamenta ui-
 temus, atq; angelicam quandam uitam iam nūc in ter-
 ris meditemur, hoc est, id esse meditemur, quod illic
 semper sumus futuri. Porro spiritus I E S V cum o-
 mneis sordes auersatur & odit, tum præcipue belui-
 nam illam, & prorsus homine indignam libidinem.
 Quid autem docuit nos, natus peregre, æditus in tu-
 guriolo, abiectus in præsepe, pannis inuolatus? nisi ut
 semper meminerimus nos hic paucorum dierum ho-
 spites esse, utq; calcatis opibus, spretis mundi falsis ho-
 noribus, per pios labores ad cœlestem illam patriam
 expediti festinemus, in qua iam nunc animo uiuamus
 oportet, etiā si corporeis interim pedibus terrā con-
 tingimus. Rursum quid admiruimus in Aegyptum aufu-
 giens? nisi ut inquinatorum commertium modis omni-
 bus deuitemus, qui I E S V M in nobis, hoc est, inno-
 centia, ac mudi neglectum conatur extinguere. Quid
 uero docuit circuncisus? nisi ut omneis carnis affectus
 ad C H R I S T V M properantibus obstrepentes am-
 putemus, ac tanquam in nobis ipsis mortui, solo I E S V

B 4 spiritu

spiritu ducamur ac uegetemur? Quid docuit oblatus
 int̄ plo, nisi ut totos nos ab ipsa iam infantia Deo re-
 busq; sacris dedicemus, consecremusq; , ac protinus re-
 chti adhuc mentis testa I E S V M imbibamus? Ne-
 que enim illa ætas ad descendam pietatem immatura
 est, immo non est alia magis tempestiuæ ad discen-
 dum C H R I S T V M, quām ea, quæ mundum adhuc
 nescit. Iam ipsi apud uos æstimate pueri, puer ille sic
 natus, sic Deo dicatus, quām sanctis studijs totam pue-
 ritiam transegerit, non otio, non cibo, non somno, non
 ineptis lusibus, non stultis fabulis, non euagationibus,
 quemadmodum puerorum uulgas facit, sed aut paren-
 tum obsequijs, aut sacris orationibus, aut auscultan-
 dis doctoribus, aut pijs meditationibus, aut sanctijs ac
 serijs cum æqualibus pueris colloquijs. An nō hæc, er-
 multa similia summatim complexus est sanctus Lu-
 cas? cum scribit ad hunc modum: Puer crescebat, et
 confortabatur, plenus sapientia, et gratia Dei erat in
 illo. An non palam uidetis nouum pueritiae genus? De
 pristinis pueris dictum est: Stultitia colligata est in
 cordi pueri. De nouo hoc auditis, plenus sapientia.
 Quid adhuc ætatis incisitiam præteximus, cum au-
 diamus non sapientem, sed plenum sapientia puerum?
 Videte ut omnem rerum ordinem hic puer inuertit,
 qui loquitur in Apocalypsi: Ecce ego noua facio o-
 mnia. Perditur sapientia senum, ac prudentia pruden-
 tium

tium reprobatur, ac pueri implentur sapientia. Nimirum hoc nomine gratias agens patri. Quoniam, inquit, abscondisti hæc à sapientibus, et reuelasti ea parvulis. Porrò ne stultam huius mundi, ac fucatam saepiètiam affectaremus, protinus adeicit: Et gratia Dei erat in illo. Is uero demū sapit, qui mūdo desipit, et nil nisi C H R I S T V M sapit. Is non è philosophorum libris, non è scoticis argutijs, sed sincera fide cognoscitur, spe tenetur, charitate deuincitur. Iā uero quām multa docuit nos? Vbi duodecim natus annos, à parentibus furtim subducit fese, ne inter notos quidem ac propinquos repertus, post triduum deniq; inuentus est. Sed ubi tandem inuenitus? Nū in circulis? num in choris? num in iujs aut foro? Audite pueri, ubi repertus sit I E S V S, relictis parentibus, quodāmodo fugitiuus, et ubi uos uersari conueniat, intelligetis. In templo inquam, inuenitus est, in medio doctorum sedens, audiēs illos, ac uiciissim interrogans. Quid docuit nos I E S V S his tam admirandis factis? Non dubium quin rem magnam, rem seriam, rem imitandam docuerit. Quid autem? quid? nisi ut grandescente in nobis C H R I S T O, quandoquidem et in nobis nascitur, et habet suos ætū gradus, donec occurramus in uirū perfectum, et in mensuram plenitudinis eius. Ergo cum grandescit in nobis, docet ut naturales parentum. et amicorum affectus in Deum transferamus, nihil hic

B 5 amemus,

amemus, nihil miremur, nisi in C H R I S T O , et
 C H R I S T V M in omnibus. Meminerimus nos ue-
 rum patrem, patriam, cognatos, amicos habere in cœ-
 lis. Verum ne quis imaginetur hunc parentum negle-
 ctum, fastum, aut innobedientiam sapere, cōsequitur,
 Et erat subditus illis . Imò nemo suos parentes ue-
 rius amat, nemo magis pie colit, nemo obseruantius
 morem gerit, quām qui sic contemnit. Quid autem est
 sedere in templo, nisi in rebus sacris conquiescere, et
 ad discendum animum ab omnibus tranquillum curis
 adferre? Nihil autem uitij est turbulentius, et ocium
 ac quietem amat sapientia . Iam quo tandem nos gra-
 uemur discere, quām attentas aures præceptoribus
 præbere cōuenit, cum puer ille cœlestis, sapientia Dei
 patris, in medio doctorum sedcat, audiens uicissim
 ac respondens: sed ita respondēs, ut omnes eius sapien-
 tiam admirarentur. Neque id mirum, cum is esset, ad
 quicm omnis mundi sapiētia stulta est. Preclarares le-
 gum prudentia, egregiarcs philosophiæ cognitio, su-
 spiciendares theologiæ professio. Verum si quis i e-
 s u m audiat, illico stultescunt omnia. At nostrare-
 sponsio, si sapientiæ miraculum excitare non potest,
 certe sapiat modestiam, sonet innocentiam . Rursum
 obsecro, quām morigeros, quām obsequentes nos esse
 decet parentibus ac præceptoribus, quos potiores ue-
 luti ingenij parentes habemus, posteaquam ille domi-
 nus

nus omnium cum à parentibus non intelligeretur, tam
men subditus illis redierit in Nazareth. Debetur hoc
pietati, debetur parentum reverentiae, ut aliquoties il-
lorum uoluntati concedamus, etiam si nos meliora ui-
derimus. Sed iam operæ preciū est audire, quām apto
fine Lucas I E S V pueritiam concluserit. Et I E S V S
(inquit) proficiebat sapientia, ætate & gratia apud
Deum, et apud homines. Quām multa, quām paucis
nos docuit? Primum, cum ætatis accessione, pietatis
item accessionem oportere copulari, ne illud in nos iu-
re dici possit, quod in hominum uulnus diuus dixit Au-
gustinus: Qui maior est ætate, maiores si iniquitate.
Né ue in hoc pulcherrimo certamine unquam reste-
mus, aut nos affecitos arbitremur, sed in morem cur-
rentium in stadio, à tergo relicta negligentes, in ante-
riora nitamur, ac semper à bonis ad meliora, à melio-
ribus ad optima proficere concemur, donec ad metam,
hoc est, huius uitæ finem peruenientem erit. Socrates iam
admodum senex, perinde quasi nihil sciret, ita semper
& à quo quis discere sibi ebatur. Itidem & nos quo magis
in C H R I S T O fuerimus, hoc minus nobis placebi-
mus, si modò uerè in illo fuerimus progressi, ad cō-
œuris pestis est & studiorum, & pietatis. Ac iuxta
Fabium, præcox illud ingeniorum genus, non teme-
re peruenit ad frugem, uel eruditionis, uel innocen-
tie. Evidem nec ordinem ociosum esse apud
Deum,

Deum & apud homines, ut intelligamus in primis dandam operam, ut uita nostra Deo placeat. Id agentes, humanus fauor ultrò consequetur. Nihil enim uirtute pulchrius, nihil amabilius, quam laus hoc magis sequi solet, quo minus appetitur. Paucis, ut potuimus, uobis expressimus exemplar pueri, quem & amare plurimum, & imitari studiosissime debemus. Atq; omnino tantum uidebimur amare, quantum fuerimus imitati. Rursum, tanto plenius imitabimur, quanto amabimus ardentius. Proinde hoc ipsum ab illo quotidianis ac puris precibus flagitemus, ut nobis donet amore sui flagrare, sui similes euadere, hoc est, castos, puros, incontaminatos, mites, simplices, tractabiles, expertes fuci, ignaros dolii, nescios inuidiae, parentibus morigeros, præceptoribus dicto audientes, mundi contemptores, rebus diuinis addictos, pijs literis intentos, nobis ipsis quotidie meliores, probatos superis, gratos hominibus, odore, bonæ famæ quamplurimos ad C H R I S T V M allicientes. Hæc inquam assidue flagitemus, hæc manibus pedibusque concemur, dum habilis ætas, breui alioqui fugitura. Etenim si recte monuit Fabius, optima statim ac primo discenda. Quid prius disci debet, quam C H R I S T V S, quo nihil est melius? Immo quid aliud discere oportet Christianum, quam eum unum, quem nosse, uita est eterna? quemadmodum ipse testatur, patrem orans in

in Euangelio. Id si curabimus, ut cunq; pro uirili gratiam referemus, tam singulariter de nobis merito, et illi referendo gratiam, ipsum nobis lucrificiemus. Referemus autem hoc plenius, quo uehementius redamabimus. Porro hoc magis illum redamabimus, quo magis uita ac moribus exprimemus. Nam quo magis exprimemus, hoc magis ipso locupletabimur.

TERTIA PARS.

AT interim nonnullis forsitan succurret animo, duram hanc esse militiam, repudiatis omnibus, cum CHRISTO crucem tollere. Sed memineritis fratres dilectissimi, longe diuersam mundi et CHRISTI esse naturam. Mundus ceu fucata meretrix, prima fronte blandus nobis, et aurcus occurrit: postea quo ingrediare altius, quo proprius inspicias, hoc magis ac magis tetra, putida, fellita sunt omnia. Ediuerso CHRISTVS procul intuentibus durior apparet, dum cruces uidemus, dum uoluptatum ac uitae contemptum. Verum si quis fidenti animo totum se in illum reijsiat, reperiet nihil esse mollius, nihil expeditius, nihil dulcius. Nisi forte uerum non dixit ueritas in Euangelio, cum ait: Tollite iugum meum super uos, et inuenietis requiem animabus uestris: iugum enim meū suave est, et onus meum leue. Hæc nimirum uerè est ardua illa uirtutis uia, quam et olim tanto ante CHRISTVM, ut cunque somniauit

somniauit Hesiodus, primo aditu asperior, progressu
 semper & facilior & amoenior. Sed quid tandem aspe-
 rum uideri potest, quo ad tam ingens, tam certum itur
 præmium? Si iuxta Sapientis dictum, spes præmij mi-
 nuit uim flagelli, quis in hac momentanea uita, non
 leue, non dulce iudicet, quo coelestem illam, & num-
 quam desitiram sibi paret uitam, æternum regnare
 cum C H R I S T O, assidue summum illud intue-
 ri bonum, uersari in angelorum contubernio, ab omni
 malorum metu procul abesse? Quis oro tantum hoc
 præmium, non uel sexcentis mortibus emptum uelit?
 At qui hoc tantum donatiuum pollicetur militibus suis
 imperator noster I E S V S, quineq; fallere potest,
 neq; mentiri nouit. Iam apud uos metipos expendi-
 te fructus, æternitatem ac magnitudinem, cōtra quam
 breue huius militiae tempus nimirum haud longius
 ipsa uita: quæ quid aliud est, quam uapor ad exiguum
 tempus apprens, aut unius horæ somnium? Sed age
 dum de hoc interim inæstimabili præmio fileamus, at-
 que inspiciamus quam abunde magna mercede dux
 noster militum suorum labores etiam in hac uita com-
 penset, quanq; disparem metant messem, qui mundo
 militant, & qui merent sub C H R I S T O I E S V.
 Audiamus quid ipsi dicant impij in libro Sapientie:
Lassati sumus in uia iniustitatis & perditionis, ambu-
liuimus uias difficiles, uiam autem domini ignorauit-
mus.

mus. Ille etat mūdus fucatis honorum simulacris, quæ
 nihil aliud sunt, quā in mellita uenena, mox attractos,
 & uelut in autoratos. Deum immortalem, in quas cu-
 ras, quas sollicitudines, quas turbas, quæ dispendia, quæ
 dedecora, in quam conscientiæ mentis carnificinam,
 in quam infelicem exitum miseros adducit? Ut hic
 quoq; iam abunde magnas impietatis pœnas dedisse
 uidcantur, etiam si nulli consequantur inferi. Atqui
 reiectis mundi fucis, in I E S V M, hoc est, summum
 bonum, omnem amorem, curam, studiumq; transfe-
 runt, totiq; ab illo pendent iij iuxta promissum euau-
 gelicum, non modò uitam æternam possidebunt, ue-
 rum etiam in hoc seculo centuplum accipient. Quid
 est autem accipere centuplum? Nempe pro fucatis bo-
 nis uera, pro incertis certa, pro fluxis æterna, pro ue-
 neno tincis syncera, pro curis ocium, pro sollicitudine
 fiduciam, pro turbulentia tranquillitatem, pro di-
 spendijs utilitatem, pro flagitijs integritatem, pro con-
 scientiæ cruciatu, secretum & ineffabile gaudium,
 pro turpi atq; infeli exitu, gloriosam ac triūphalem
 mortem. Spreuisti diuitias amore C H R I S T I, in
 ipso ueros inuenies thesauros. Reiecisti falsos hono-
 res, in hoc longe eris honoratior. Neglexisti paren-
 tum affectus, hoc indulgentius fouebit te pater uerus
 qui est in cœlis. Pro nihilo habuisti mundanam sapien-
 tiā, in C H R I S T O longe uerius sapies, ac felici-
 cius.

cius. Aspernatus es pestiferas uoluptates, in ipso multo alias inuenies delicias. Breuiter, ubi arcanas illas, sed ueras opes C H R I S T I , dispulsa mundicaligine uideris, omnia, quæ prius arridebant, quæ sollicitabant, ea non solum admiraberis, sed perinde ut pestes quasdam fugies, reijcies, aduersaberis. Fit enim mirum in modum, ut simul atq; coelestis illa lux animos nostros penitus attigerit, protinus noua quædam rerum omnium facies oboriatur. Itaq; quod paulo ante dulce uidebatur, nunc amarescit: quod amarum, dulcescit: quod horrendum, blanditur: quod blan diebatur, horrescit: quod splendidum antè, nunc sor didum: quod potens, infirmum: quod formosum, defor me: quod nobile, ignobile: quod opulentū, egenū: quod sublime, humile: quod lucrum, damnum: quod sapiens, stultum: quod uita, mors: quod expetendum, fugiendum. & cōtrā. Ut repente mutata rerum specie, nihil minus esse iudices, quam id quod esse uidebantur. Ergo in uno C H R I S T O compendio, ac uera reperiuntur omnia bona, quorum imanes ac mendaces im agines & umbras, ceu præstigias, mundus hic ostendit, quas miserum mortalium uulgu tanto animi tumultu, tantis dissipatijs, tantis periculis, per fas nefasq; persequitur. Quam obsecro beatitudinem cum hoc animo conserre queas? qui iam liber sit ab errore, liber ab effectibus, securus semper gaudens ob testimo nium

nium conscientiae, nulla de re solicitus, altus, sublimis,
ac cœlo proximus. iamq; suprasortem humanam, qui
in C H R I S T O excelsissima petra nixus, omnes
huius seculi fagos, tumultus, procellas ex alto rideat;
negligat, uel potius cōmiseretur. Quid autem timeat
is, qui propugnato rem habeat Deum, ignominiam?
At summa est gloria, pro C H R I S T O ignominiam
pati, Paupertatem? At opū sarcinam lubēs abiicit, quis-
quis ad C H R I S T V M properat, Mortem? At ea
maxime in uotis est, per quam scit se se ad immortalem
uitam esse trāsmittendum. Quia de re sit solitus, cuius
pater cœlestis etiam pilos habet annumeratos? Quid
autem cupiat is, qui in C H R I S T O possidet omnia?
Quid enim non cōmune membris & capiti? Iam uero
quanta est hominis non modò felicitas, ueruetiam di-
gnitas, uiuum esse membrū sanctissimi corporis eccl-
esiæ, idem esse cum C H R I S T O, eandem carnē, eun-
dem spiritum, communem cum illo habere patrem in
cœlis, C H R I S T V M habere fratrem, ad cōmunes
cum illo hæreditatem destinatū esse: breuiter, iam non
hominem esse, sed Deum? Adde his gustum quendam
felicitatis futuræ, quem piæ mentes subinde percipiūt.
Hæc nimirū uiderat, hæc senserat Prophetæ, cum ait:
Nec auris audiuit, nec oculus uidit, nec in cor hominis
ascendit, quæ preparasti Deus diligentibus te. Proin-
de charissimi sodales, si dabimus operā, ut uere C H R I

C S T E

ET membra simus, iuxta illud propheticum dictum:
Iustus ut palma florebit. etiam in hac uita perpetua quadam adolescentia uernabimus, non animo tantum, uerum etiam corpore. Etenim quemadmodum floribus ille spiritus in nostrum spiritum redundabit, ita nos ter uicissim in suum corpus influet, et quoad fieri potest, in se se transformabit. Nec poterit tantus animi ac corporis nitor uestium sordes ferre. Nam animus noster habitaculum est Dei, animi domiciliu[m] est corpus. Porro uestis et ipsa corporis, quodammodo corpus est. ita fiet, ut capit is puritati totus homo respondeat, donec peracta hac uita ad immortalitate traducatur.

E P I L O G V S.

A Gite igitur optimi commilitones, ad hanc tantam felicitatem, summis uiribus enitetur, ducent nostrum IESVM unum admiremur, quo maius nihil esse potest, immo sine quo nihil est omnino magnum. Hunc unum amemus, quo nihil esse melius potest, immo extra quem nihil est omnino bonum. Hunc imitemur, qui solus est uerum et absolutum pietatis exemplar, extra quem quisquis sapit, desipit. Huic uni inhæreamus, hunc unum amplectamur, hoc uno fruamur, in quo est uera pax, gaudium, tranquillitas, uoluptas, uita, immortalitas. Quid multis? Summa bonorum est omnium. Extra hunc nihil suspiciamus, nihil amemus, nihil appetamus, huic uni placere

placere studeamus. Meminerimus nos sub illius oculis, et illius angelis testibus quicquid agimus agere, Zelotypus est, nec ullas mundi sordes patitur. Quare puram et angelicam in illo uiuamus uitam, ille sit nobis in corde, in ore in omni uita. Hunc penitus sapimus, hunc loquamur, hunc moribus exprimamus. In illo negotium, ocium, gaudium, solatium, spem, praesidum omne collocemus. Hic a uigilantium animis nunquam discedat, hic dormientibus occurset. Hunc et literae nostrae, et lusus etiam sapient, per huc et in hoc crescamus, donec occurramus in uirum perfectum, et gnauiter obita militia, perpetuum
 cum illo triumphum agamus in caelis.

DIXI.

C O N C I O N I S D E
 P V E R O I E S V
 F I N I S.

C 2

DOCTER REASMI ROTE
 RODAMI, VT RIV SQ VE
 LINGVAE DOCTIS SIMI, EX PO.
 Stulatio IBS VU cum homine sua-
 pte culpa pereunte.



v m mihi sint unibona, que
 uel frondea tellus,
 Vel olympus ingens cōtinet.
 Dicite mortales, quæ uos de-
 mentia cœpit?
 Hæc aucupari ut undeuis
 Malitis? quam de proprio de-

poscere fonte:
 Adeò benigno, & obuio?
 Mendacesq; iuuet trepido, miseroq; tumultu
 Vmbras bonorum persequi?
 Pauci me, qui sum ueræ largitor & autor
 Felicitatis, expetant.
 Forma rapit multos, me nil formosius usquam est.
 Formam ardet hanc nemo tamen.
 Suspiciunt ceras, antiquaq; stemmata multi:
 At me quid est illustrius?
 Ut quisim genitore Deo, Deus ipse profclus,
 Genitrice natus uirgine.

Vnde

Vnde fit, ut mecum uix gestiat unus & alter
 Affinitatem iungere.
 Maximus ille ego sum coeliq; soliq; monarcha,
 Seruire nobis cur pudet?
 Diues item, & facilis dare magna, & multa roganti.
 Rogari amo, nemo rogat.
 Sumq; uocorq; patris summis sapientia, nemo
 Me consultit mortalium,
 Ipse ego sum ætherei splendorq; decusq; parentis.
 Me nemo stupet, aut suspicit.
 Sum firmus iuxta, ac iucundus amicus amico.
 Me pariter, ac meas opes
 Candidus, atq; lubens charis impertio: nemo hanc
 Ambit necessitudinem.
 Sum uia, qua sola coeli itur ad astra, tamen me
 Terit uiator infrequens.
 Cur tandem ignarum dubitat mihi credere uulgus?
 Aeterna cum sim ueritas.
 Pollicitis cur stulte meis diffidere perstas?
 Cum sit nihil fidelius
 Autor ad hæc uitæ cum sim unicus, ipsaq; uita,
 Cur sordeo mortalibus?
 Lux ego sum, cur huc uertunt sua lumina pauci?
 Dux, cur grauantur insequi?
 Viuendi recte certissima regula solus,
 Aliunde formas cur petunt?

C 3 Ifsc

Ipse ego sum solus uera, & sine felle uoluptuosa,
Quid est quod ita fastidior?

Vnica pax animi, quin huc deponitis ægri
Curas edaces pectoris?

Sibenefacta truces etiam meminere leones,
Referuntq; beluae uicem.

Respondere feri merito didicere dracones,
Si meminit officij canis.

Siredamant aquile, redamant delphines amantes,
Cur effratiō feris.

Me me non redamas homo? cui semel omnia feci,

Quem condidi, quem sanguine

Afferui proprio, propriæq; à morte recepi
Dispensio uitæ uolens.

Sibos agnoscit dominum, si brutus asellus

Agnoscit altorem suum,

Cur me solus homo male gratus nosse recusat,
Et conditorem, & uindicem?

Vnus ego hic ibi sum cunctorum summa bonorum,

Quid est quod extra me petas?

Quo sum distraheris per tot dispendia, grassans
Laboriosa inertia?

Sum placabilis, & pronus misere scere, quin hoc
Miser ad asylum configis?

Idem iustus, & implacabilis ultior iniqui,
Cur non times offendere?

Corpus

Corpus ego, atq; animum nutu sub tartaramitto,
 Nostri metus uix ullum habet.
 Proinde mei desertor homo, secordia si te
 Adducet in mortem tua.
 Preteritum nihil est: in me ne reijce culpam.
 Malorum es ipse autor tibi.
 Nam quid adhuc superest? si te neq; prouocat ardens
 Suiq; prodiga charitas.
 O bis marmoreum pectus, neq; mitigat unquam
 Adeò profusa benignitas.
 Si neq; tantarum spes uel certissima rerum
 Expergefacit, et allicit.
 Si neq; tartarea cohibet formido gehennæ:
 Nec ullus admonet pudor.
 Immo si durant magis hæc adduntq; stuporem,
 Tam multa, tamq; insignia,
 Ut facile immanesq; feras, chalybemq; petramq;
 Rigore uicto moliant.
 Quid faciat pietas, quibus artibus abstrahat ultrò
 Deuota morti pectora?
 Inuitum seruare, nec est mentis (puto) sanæ,
 Et patria prohibet æquitas.

I M A G O P V E R I I E S V P O S I T A I N
 Iudo literario, quem nuper
 instituit Coletus.

Discite me primum pueri, atq; effingite puris

Moribus, inde pias addite literulas.

CARMEN PHALE-
cium.

Sedes hec puerō sacra est I E S V,
Formandis pueris dicata, quare
Edico: procul hinc faceſſat, aut qui
Spurciſ moribus, aut ineruditā:
Ludum hunc inquiet eruditione.

CARMEN IAMBIC-
cum.

Non inueniſto antiquitas ænigmate
Studij magistrām, uirginem
Finxit Mineruam, ac literarum præſides
Finxit Camœnas uirgines.
Nunc ipſe uirgo matre natus uirgine,
Præſideo uirgineo gregi.
Et ſuſpicator huius, & custos ſcholæ,
Adiunt miniftri uirgines,
Pucros meos mecum tuentes angeli.
Mihi grata ubiq; puritas.
Decetq; ſtudia literaruum puritas.
Procul ergo ſacro à limine
Morum arceant mihi literatores lucem.
Nihil huic recipient barbarum.
Procul arceant illiteratas literas,
Nec regna polluant mea.

ALIUD.

A L I V D.

Quin hunc ad puerum pueri concurritis omnes?

Vnus hic est uitæ regula, fonsq; piæ.

Hunc qui non sapiet, huius sapientia stulta est:

Absq; hoc uita hominis mors (michi crede) mera est.

S A P H I C V M.

Cœperit faustis auibus precamur,

Semper augescens meliore fato.

Hic nouæ sudor nouus officine,

Auspice I E S V.

Hic rudis (tanquam noua testa) pubes

Literas Græcas, simul & Latinas,

Et fidem sacram, tenerisq; C H R I R T V M

Combibet annis.

Quid fuit læta sobolem dedisse

Corporis forma? nisi mens & ipsa

Rite fingatur, studijsq; castis.

Culta nitescat?

Stirpe ab hac sensim noua pullulabit

Ciuium proles, pietate iuxta, ac

Literis pollens, breuiterq; regno

Digna Britanno.

Ludus hic syluae pariet futuræ

Semina, hinc diues nemus unde quaç;

Densius surgens decorabit Anglum

Latius orbem.

C 5

E P I T A -

EPITAPHIVM SCVRRVLE

temulenti, Scazon.

Pax sit uiator, tacitus hos legas uersus,

Ut sacra uerba muſitant sacerdotes.

Ne mihi suauem strepitus auferat somnum,

Repetatq; uigiles illico sitis fauces.

Nam scurrula hocce ſterto conditus ſaxo,

Quondam illi magni clarus Euij myſtes,

Ut qui bis octo luſtra perbibi tota.

Oculis profundus deinde ſomnus obrepſit.

Ut fit, benigno membra cum madent Baccho.

Atq; ita peractis ſuauitate bonis annis.

Idem bibendi finis, atq; uiuendi

Fuit. Sed etiam me aliquis ebrium credat,

Aut ſomniare, qui iſta dormiens dicam.

Valcuiator, iam ſilenter abſcede.

S I N I S.

Q V O

Q V O P A C T O I N
G E N V I A D O L E S C E N -
T R E S F O R M A N D I
S I N T.

GEROLDO MEYGER ADO-
LESCENTI OPTIMO, CHRISTIA-
nus Theodidacius gratiam et pacem à Deo,
et domino nostro IESU
CHRISTO,



V V M te nuper à thermis redeū-
tem læti omnes excipiunt, alijsq;
alijs te munerib⁹ honorare cer-
tant, uisus sum ipse mihi pror-
sus incivilis futurus, si te non
qualicunq; dono afficerem, Gerolde adolescēs
suauissime, præsertim cum mos iste lauantes
honorandi sit uulgo inter amicos receptus, in-
ter quos te dupli nominē censemus, & quod
literis operam faciliter nauas, et quod sub Ioan-
nis nostri signis meres. Cumq; diutius apud me
quærerem, quid nam tibi possit esse gratissi-
mum, inuenio tandem aut sanctum, aut do-
ctum, aut utruncq; esse oportere, quod tibi pla-
cere cupiat. Nam ut natura uideris ad pietatem,
virtutēq; natus esse, ita urbanitatis ac elegantie
fructus,

fructus, præcoces quidem illos, sed eò gratio-
res, sponte iam nūc præbes. Docta autem, per-
lustrata, quamuis diligentet omni supellec̄tile,
cum præstare nulla uia possemus, reliquū erat,
ut pīs quibusdā ac ad salutē, tum animi, tū cor-
poris uirtutēq; cōducibilibus te demereremur.

Olim itaq; cum consiliū, quemadmodum inge-
nuos instituere adolescētes oporteat, condendi
libellum cœpimus, propositumq; ut est præsen-
tium rerum status, uarij tumultus morati sint,
subueniebat tamen anxie munus diligenti, in
animum, capri olim cōsilij mentio. Et quamuis
plerosq; uideam sollicitos esse, ut absolutum la-
borem digno alicui patrono nūcupent, nobis
tamen cōtrà euenit: nam cui nūcupari oportet,
præsto est, sed deest ocium, nouemq; illi anni,
quibus premi oportet opus. Quapropter inter
ista duo incommoda, quod ad te aliquid o-
mnino missitandum est, & quod occupationes
istuc, ut digne fiat, haud permittūt, inueni, quo
in præsentia utrig; nostrum satisficeret. Furatus
sum ipse mihi tantū tempusculi, ut tumultua-
rie præceptiones pauculas cōgesserim: & certe
in uniuersum paucas esse oportet, sed probē
expensas, ne copia fastidiū pariat: ita enim fere
comparatū est, ut quæ parcius propinētur, audi-
dius hauriātur. Quas tu nō ab ornatu æstima-
bis, sed à sensu, & ab animo à q; profectæ sunt.
Pia enim sancte polliceri possumus, si sumus
ipſi

ipſi non impij. Docta promittere, etiā ſi ſis ipſe
doctiſſimus, pudor eſt. Habent primae præcep-
tiones, quemadmodum ſit tener in genui ho-
minis animus, in hiſ quæ ad Deū attinent, im-
buendus. Secundæ, quemadmodum in hiſ quæ
ad ſe. Tertiæ, quemadmodum in hiſ quæ ad alios
ſpectant. Neq; hic propositum eſt à cunis ordi-
ri, ſed neq; à rudimentis: uerū ab ea ætate que-
iam ſapere, ac ſine cortice natare incipit: in qua
etiamnum ipſe degis. Has tu diligenter, ut ſpe-
ro, leges, teq; in iſtas trāſfigurabis, ut alijs quo-
que uiuum ſpecimē exhibeas. Id faxit C H R I-
S T U S Opt. Max. Amen.

PRIMARVM PRAECEPTIO- NUM APHORISMI.



N T E omnia, cum nō ſit
humanarum uiriū cuius-
quā pectus ad fidē unius
Dei pertrahere, etiam ſi
quis Periclé ſuadēdo ſupe-
ret, ſed cœleſtis tantūmo-
do Patris, qui nos ad ſe
trahit, adhuc tamen iuxta

Ioan. 6. Ne-
mo potest ue-
nire ad me, ni
ſi Pater, qui
misit me, tra-
xerit eum.

uerbum Apostoli: Fides ex auditione eſt, modò auditio
ſit uerbi CHRISTI: non hercle, quod ipsa uerbi præ-
dicatio

Rom. 10.

dicatio tantū polleat, ni spiritus intus canens moueat.
Ideo uerbis purissimis instillanda est, oreq; Dei usita-
tissimis, fides: iungendæ simul preces ad eum, qui
solus fideles facit, ut quem nos docemus uerbo, ipse
afflatus suo illuminet.

Nec fortasse alienū fuerit ab instituto CHRISTI,
si in agnitionē Dei etiam per uisibilia adducamus: Pu-
ta, si uniuersam mundi molē ante oculos aduocemus,
singula digito monstrātes esse mutationi obnoxia, sed
immutatū immotumq; esse oportere eū, qui omnia, cū
tā uaria sint, tā firma, mirabiliq; cōcordia conciliauit:

Rursus eum qui tanta solertia cuncta disposuit, ne
suspicandum quidem esse, negligentem operis sui futu-
rum, cum inter mortales uitio uertatur, si quis rei do-
mesticæ parum diligens fuerit.

Hinc discet ille noster, Dei prouidentiā res omnes
curantem, omnia disponentē, omnia seruantem. Nam
duorum passerū, qui asse parati sunt, alter ne in terrā
modò nobis decidit citra eius consiliū: quæ pilos quoq;
capitis nostri numerauit, nihil prorsus hac cura uile-
scens. Quo manifestū fit, eā nō modò quibus anima,
sed ea quoq; quibus corpus eget, destinare: cū coruos

Matth. 10. uideamus tam liberaliter ab ea excipi, lilia uero tam
Psal. 146. splendide uestiri. Hactenus de diuina prouidentia
Matth. 6. recte imbuta mēs, fieri nō potest, ut unquā anxia fiat,
aut sordide cupida. Quem adfectū, si in ipsa herbare-
ciderimus,

ciderimus, iam nocentissima peste mente liberauimus.

Sciet enim Deum non solummodo Dominū, sed et patrem esse omnī in se credentiū, hoc est, fidentium: cupereq; ut ad se pro implorāda ope haud segnius accurramus, quam ad parentem qui genuit, proprijsq; uerbis opem pollicitum, quod orari nimirum amet.

Proinde, si ægritudo uel animi, uel corporis affligit, medelam ab illo impetranda: si urget hostis, si degrauat inuidia, ad eum configiendū: si sapientiam, si eruditionem adficiamus, apud hunc ambiendas, immo coniugem quoq; et liberos hinc petendos esse. Res et honores si paulò uberius adfluāt, ab eo petendū, ne animū his emoliri patiatur, inq; transuersum abduci.

Quid multa? in uniuersum omnia sciet hinc esse petenda, nefasq; putabit, quicquā ab illo petere, quod ei præstare indecorū esset: pudebitq; tādē quicquā uel cupere uel habere, quod per Deū nō licet, et eas res unice cōparabit ac reponet, quæ uerè beatos reddūt. Euā gelij mysteriū hac uia capiet, statū primi hominis ante omnia resciet, nē peutis sit morte mortuus, poste aquā præceptū Dei præuaricatus esset, ut suo facinore posteritatem omnē uitiarit: mortui enim uiuos generare nequeūt: nec æthiopē uidimus unquā apud Britannos natum: unde hic noster suum quoq; morbus agnoscat.

Agnoscet hinc quoq; fasciat, ut omnia ex affectibus in rōp̄anō geramus nos, Deus autē, ut sit ab eis alienissimus.

alienissimus. Ex quo indubie sequitur, nos quoq; alienissimos esse oportere, si cū Deo habitare cupiemus. Ut enim innocentissimus quisq; nihil commercij cum flagitiosissimis habet, atq; è diuerso iustum ferre nequit mihiq; (Nerones enim ut Scenecas duci iubent, ita è diuerso Ennios cum Scipionibus idem tumultus

Psal. 14. tegit) sic cum Deo quoq; nō aliis habitabit, quām qui incedit sine macula: **E**t sanctus est quemadmodū ipse

Matth. 5. sanctus est, cordisq; mundicia præditus. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt.

Tantam autem innocentiam qua ratione parabimus, qui affectibus impurissimis undiq; septi sumus. Hic inter malleū et incudem positi, cum Deo tantam innocentiam exigat, nos aliud uitiat præstare nō possumus quām uitium, uelimus, nolimus, Deo manus dare cogimur, et eius gratiæ permittere. Hic Euangeli lux oritur. His angustijs inclusos CHRISTVS eximit, qui nos longe melius quām ullus Iupiter seruator liberavit, conscientiam desperationi proximam ante omnia erigens, ac mox certissima spē sibi iunctam, felicē redens. Ipse enim ab omni labore quorumcūq; uitiosorum affectuum cum sit alienissimus, de spiritu enim sancto conceptus, exq; uirgine illibata genitus est: primum, ut liberaret, hanc innocentiam suam pro nobis exposuit: nā labores et dolores nostros ipse uere tulit: post, eos, qui hoc inconcuse credunt, beatos efficit.

Qui

Quienam hanc liberalē condonationē credidē
rit, à Deo per C H R I S T U M misero mortaliū generi
præstitam, saluus erit, et coheres C H R I S T I factus,
apud Patrem in æternū lētabitur. Vult enim ille, ut
ubi ipse sit, illuc sit et minister suis.

C H R I S T I innocentia pro reis, immo damnatis ex-
posita nos absoluit, ac Dco dignos hac potissimum cas-
sa reddit, quod ipse modum et mensuram diuinæ iusti-
tie adimplere potuit: alienissimus enim erat à corru-
ptis affectibus: Cumq; talis, tatusq; sit, nempe Deus,
noster tamen factus est. Ex quo sequitur, qua unacare Cor. 8
mus, iustitiā quoq; suam nostram esse factā. Ipse enim
factus est nobis à Deo, sapientia, iustitia, sanctificatio,
et redemptio.

Iam per ipsum accessum habemus ad Deum, noster Rom. 9
enim est, pignus gratiæ Dei est, aduocatus, uas, præ-
ses, intercessor, mediator, prora et pupis est, & et uo-

Qui hancenius Euangeliū mysteriū tenent, eoq; fe-
dūt, ex Deo nati sunt: nam humanæ imbecillitatis ca-
ptus, tā profundū gratiæ Dei cōsiliū non adsequitur.

Hinc fluit, ut qui per Euangelium renati sunt, nō
peccet: omnis enim qui natus est ex Deo, nō peccat: at
q; credit Euangeliō, ex Deo natus est: nō ergo peccat
qui per Euangelium renati sunt, id est, peccata eis ad
damnationē ac mortē non imputantur, quod de C H R E
S T U S precio mortis suæ redemit.

D Nam

Nam et si ipsi, dum in hoc corpore peregrinamur,
a Domino, sine affectibus esse non possumus, et hinc
etiam non sine peccato: C H R I S T V S tamen, quo-
niā noster est, omnem hanc impotentiam sarcit. Ac-
ternus enim Deus, ac spiritus cum sit, preciosior est ad
omnium hominū flagitia redimenda, quam ipsa com-
mereri possint.

Quæ quidem fiducia non segnes reddit, sed accin-
git et urget ad recte gerendū rem, non enim ab homi-
ne nata est: qui enim fieri posset ut humana mens, quæ
a sensibus ferè pendet, tota in id incumberet, quod sen-
su nullo pacto percipitur: sed a Deo. Nunc ubi Deus
operator, caue anxius sis quomodo res recte geratur.

Deus enim ut est Endelechia, quæ immota cuncta
uersat et mouet, eum etiam, cuius peccatus ad se traxe-
rit, desidere non patietur. Quæ quidē sententia proba-
tionibus non constat, sed usu: soli enim fideles experien-
tur quam nihil ocij det suis C H R I S T V S, quamq;
bilariter in negocio eius iucundeq; uersentur.

Quisquis igitur Euangeliū mysterium capit, recte
uiuere conatur: quamobrem tradi dōportet, quoad fie-
ri potest, mundissime ac diligentissime.

Iam hoc quoq; tempestive tradendum est, quibus
nam officijs Deū maxime demere amur, eis nimirum
quibus ipse nunquam non erga nos utitur, iustitia, fi-
de, misericordia. Deus enim cum sit spiritus, non alia
quam

quām spirituali deditæ mentis hostia coli recte potest. Huc igitur aciē dirigat adolescens, ut mature bonū ui- rum meditetur, qui sit innocentissimus, ac Deo quām simillimus. Is prodest omnibus, nocet nemini, ni quis sibi ip̄si prius nocuerit: sic, qui omnibus prodeſſe, o- mnibus omnia fieri studet, ac omni prorsus iniuria manū abstinet, Deo simillimus est. Ardua sunt hæc ſe uires nostras ſpectes, ſed credēti omnia ſunt poſſibilia.

S E C U N D A R V M P R A E C E- PTIONVM A P H O R I S M I.



O S T E A Q V A M animus ſolidæ uiri-
tuti deſtinandus per fidē recte for-
matus fuerit, proximū eſt, ut ſe to-
tū intus belle adornet et cōponat:
nā ſi apud ſe recte cōparata ſunt
omnia, facile alijs recte conſuleat.

Rectius autem animum componere non poterit,
quām ſi uerbum Dei nocturna manu diurnaq; uerſet,
Id autem cōmode faciet, ſi linguaſ, Hebraicā et Græ- Linguis
cam probè calleat: quod ſine altera uetus instrumētū,
ſine altera nouum pure capi diſſiculier poſſit.

Quoniam uero iſtos docere uſcepimus, qui iā pri-
ma rudimēta exantlarūt, latinaq; paſsim apud omnes Latina
obtinuit, deferendā omnino non censemus: nam et ſi

D 2 ad

ad sacrarum literarū intellectio[n]ē minus faciat, quām uel Graeca, uel Hebraica, ad reliquū tamen uitæ usum haud mediocriter proderit. V[er]su[en]it etiam aliquādo, ut apud Latinos quoq[ue] C H R I S T I negotium agere cogamur. At linguis ad quēstum abuti, id uero à Christiano homine debet alienissimum esse: Sunt enim linguae diuini spiritus donum.

Græca. Proxima ab ista, cui operâ decimus, erit Græca, propter nouū instrumentū, ut dictū est: nā ut pace omniū dicā quod sentio, doctrinā C H R I S T I iā inde ab exordio video minus digne tractatā à Latinis hominibus, q[ui] à Græcis. Ad fontes igitur hic noster mittēdus est.

Quanquam in utraq[ue] istud obseruandū est, ut fide innocentiaq[ue] peclus premunitum habeat: sunt enim haud parū multa, quæ p[re]niciose discerētur, petulantia, imperādi belligerandiq[ue] libido, uafricies, imanis philosophia, et similia, quæ tamen omnia p[re]monita mens instar vlyssis intacta præterire poterit, cū scilicet ad primā uocē sic se admonuerit, h[ab]ec audis ut caueas, nō

Hebraica. ut capias. Hebraicæ ultimū hac potissimū causa damus quòd, ut paulo ante dictū est, Latina apud omnes inoleuit, et eā oportuniſſime Græca sequitur, alioq[ue] Hebraicæ merito primas tribuissimus, quòd sine huius schematis, apud Græcos etiā, multis in locis sudet, q[uod]s germanū scripturæ sensum eruere uelit. De lingua rū utilitate ad saturitatē dicere nō est huius propositi.

Hic

His armis ad sapientiam istam coelestem, cui humana nulla comparari, nedū equiparari iure debet, irrumperem poterit, quisquis humili sitibundaq; mente accedit.

Quo cū irruperit, omnigenas recte uiuendi formas inueniet, nēpe CHRISTVM absolutissimū omnis virtutis exemplar: quem ubi ex dictis factisq; planè cognoverit, ita amplectetur, ut in omni uel actione, uel consilio, partem aliquam virtutum ipsius exprimere, quoad humanæ tenuitatis est, conetur.

Tempestive ab eo & loqui, & tacere discet: pudebit immature de his loqui, quæ maturimos requirūt, quod CHRISTVM uidcat anno uix tandem tricesimo reposuisse: quamvis duodecimo quoq; anno periculū Luc. 2 sui legis peritis dederit. Quo nos exemplo non tam docemur cito prodire, quam à teneris res magnas, sed Deo dignas moliri.

*Nam ut fœminæ summū per omnē uitā ornamen-
tum est silentium, ita adolescentē nihil commendabiliore
facit, quam ad certū tempus silentij studiū, donec &
mens & lingua, tam seorsim quam inter se probe con-
stent. Neq; hic Pythagoricū silentium exigimus, sed
loquendi cupiditatem premimus. Ac nisi tempestive,
loquuturos sit adolescens, loqui omnino uetamus.*

*Eloquentia dum apud præceptores meditatur, nō
deformabit ad horū exemplum, si quid uitij habeat.
Neq; id precepti leuis momenti quis putet, nam ueter-*

Silentium pre-
ros & milie-
res deere.

D 3 rum

rum quoque memoria proditum est, auditores quodam non modo linguae preceptorum uitia, sed corporis quoque imitatos esse.

Linguae
vitia.

Vitia linguae cuique obuiū est cognoscere, orationis autem habitus, tum præter artificium, de quo hic dicens locus non est, uitiosus est, si nimis celeriter aut tarde nimis incedat oratio, si accentus sit nimis humilis, et languens, aut uehemēs nimis, si in quauis causa et genere quolibet idem sit oris habitus, eademque hypocrisis, ut uocant, uel gesticulatio insolens.

Elephantos obseruatum est anxie solos, pro quibus uapulassent, meditatos esse: sic adolescens crebro secum meditabitur, ut sit os compositurus, ut manus prolaturus, ut eis uerecunde, quod oportet, indicatus, non remigaturus. Atque haec omnia ita moderabitur, ut ueritati seruant, non ut alijs lenocinetur. Nam meretricei quorundum mores, ut ferri à Christiano pectore possent? Vnde isto exercitio, quod hic requiri mus, non aliud intendimus, quam ut quisque apud sc exterioribus uitijs imperare discat, quae uitiosæ metis haud incertissima signa sunt. Hanc igitur primum integrare oportet, que ubi fuerit, facile tempestatem exteriorum membrorum moderabitur, ne aut immode dic frontem cōtrahamus, aut os transformemus, aut caput concutiamus, aut manus dissipemus, sed inadfectata, rustica, et simplici quadam modestia haec omnia tempere-

Gestus mode
tandi.

temperemus. Hæc de oratione & silentio.

Vini saturitatē æque ac cicutā fugiet: nam secundū Ebrietas fu-
hoc, quod iuvenile corpus, quod suapte sponte ad uehe gienda.
mentiam procluum est, ad insaniam adigit, senectam
etiam adhuc dubie nos expectantē, in herba uiat: quo
fit, ut cum sors ad eam uenīt sit, morbum non requiem
reperiamus. Fieri enim non potest, ut qui se impensius
uino proluere cōsueuerit, ut non in aliquem sōnticum
morbū tandem incidat, ut est epilepticus, paralyticus,
hydropicus, elephanticus, et consimiles. Quapropter
mature fias senex, si uis diu esse senex.

Reliquis uictus parabilis esto: nam quid adolescen- Victus ratio-
ti, cuius stomachus natura expeditus est ad perfectio-
nem, cū perdicibus, turdis, ficedulis, capis, capreis, ac
id genus lauticijs? quin eos dentibus tandem obtusis,
palato detrito, gulæ diuturno usu callosæ, stomacho
iam segni, corpori semimortuo utendos reponit. Nam
souendi senij, quæ spes erit, si, quorū cupidum est, la-
sciua iuuentus per intemperantiam fastidiosa fecerit?

Fames interim uincēda modo est, non profligāda:
nam Galenum perhibent annos centum uiginti uixi-
ſe, quòd à tabula nūquā satur abierit. Neq; hic exigo,
ut fame te ipsum cōficias, sed ne supra q̄us uite postu-
lat, implacabili uoracitati seruias: nō enim ignoro, fa-
cile peccari poſse in utrāq; partē, si uel in lupos uoraci-
tate abeamus, uel fame inutiles nos reddidcrimus.

Nihil

Vestium
luxus,

Nihil esse stolidius autumo, quām uestiū precio clari-
tatem ambire, cum hoc pacto pontificiæ quoq; mule
claræ fieri possent ac celebres: ut enim robustæ sunt,
plus auri, argenti, gemmarumq; ferre possent, quām
illus Milo. Quē uero ambitiosi uestitus non pudeat,
qui filium Dei ac uirginis audiat in præsepi uagitus
suos edere, tot solummodo fascijs inuolutum, quot uir-
guncula ad partum imparata secum gestabat?

Peregrinas aut nouas uestium figuræ, qui quotidie
producunt, inconstansimæ: uel si id nimis est, effor-
minatæ mentis aut teneræ certissimū signū dāt, C H R I
S T I non sunt. Nam cogenos interea frigore perire si-
nunt & fame. Vnde à uestium luxu tam est temperan-
dum, quām à quauis mali specie.

Amare dū incipit adolescens, animi sui tyrocinii
exhibere debet: ac dum alij uiribus & armis per tu-
multum lacertos suos explorant, hic noster omne ro-
bur huc uertet, ut se ab amoris insania tueatur: cumq;
amandum prorsus esse uidcrit, caueat ne decpereat, sed
talē eligat ad amore, cuius se ferre mores in perpetuo
matrimonio posse cōfidat: eiq; congreßum suū usq; ad
connubium tam illibate custodiat, ut præter hanc ex
omni mulierum uirginumq; corona nullam nouerit.

Avaritia, Pecuniae gloriæq; cupiditatem quid hic uetare at-
tinget, cum apud Gentiles quoq; malum istud male au-
diat? & hic noster non sit Christianus futurus, si ei
scruiat.

seruat, quæ non unum & alterum pessimum dedit, sed florentissima regna euertit, urbes potentissimas exercit, rem quancunq; publicam inuasit, funditus perdidit. Hæc ubi arcem mentis occupauerit, nihil recti gerri permittit: nocentissima pestis est, sed heu potens: quam per solum C H R I S T U M iugulabimus, si aſſidui emulatores eius fuerimus: is enim quid aliud hic egit, quam huic malo mederi?

- Mathematicas disciplinas, quibus Musican quoq; connumerant, non leuiter, tametsi perfusorice, attingendas esse putamus: ut enim cognitæ magno sunt usit, neglectæ uero impedimento haud mediocri: ita ſi quis in eis conſenſeat, nihil aliud emolumenti reportabit, quam ij, qui ne ocio pereant deambulando subinde locum mutant.

- Palæstram nō usque adeò damnamus, aliter tamen pronuntiatur, ſi non uideremus quosdam prædiuites conſtanter abhorre ab eo labore, qui cōmunem uitam iuuat. Christianitatem hominis fuerit, ab armis prorsus abſtinere, quoad per reipublicæ statū & tranquillitatē licet. Nam Deus qui David armorū rudem ^{1. Reg. 17} contra Goliath funda proficiscentem uictorē reduxit, & inermes Israëlitas ab imminente hoste ſeruauit, nos etiam indubie ſeruabit: aut ſi aliter ei uifum erit, dexteras armabit: ipſe enim docet manus noſtras ad præ- ^{Pſal. 17} lium. At ſi omnino ſtatutum eſt palæstram quoq; ex-

D S periri.

periri, hic unicus sit scopus, ut patriā uelimus, ac eos
quos Deus iubet, tueri.

Velim itaq; cunctos, precipue tamen eos, qui officio uerbi Dei destinandi sunt, nō aliter putare, quam quod una solaq; prisorum Massiliensem ciuitatem potiri queant, qui neminem in ciuium numerum censebant, qui nihil artificij nosset, quo uictū pararet: hoc enim pacio fieret, ut ocī omnis lasciuae seminarium exularet, & corpora nostra longe salubriora, diuturniora, robustioraq; euaderent.

P R A E C E P T I O N V M V L T I M A R V M A P H O - R I S M I.



R I N C I P I O ita secū reputabit ingenua mens: CHRISTVS sese pronobis exposuit, nosterq; factus est, ita & te oportet omnibus expositū esse, non te tuum putare, sed aliorum: non enim ut nobis uiuamus nati sumus, sed ut omnibus omnia fiamus.

Solas igitur, iustitiam, fidem, cōstantiam, à teneris meditabitur, quibus Reipub. Christianæ, quibus patriæ, quibus sigillatim omnibus sit profuturus. Langida mentes sunt, quæ hoc solummodo spectant, ut si

b*i*

bi tranquilla uita contingat: nec Deo tam similes, atq; cæ, que omnibus suo etiā cū periculo prodeesse studet.

Hic tamē prouide custodiendū erit, ne quod ad gloriam Dei, patriæ, omniūq; utilitatē suscipitur propo sitū, à diabolo aut philautia uitetur, ut quod aliorum gratia suscepisse uideri uolumus, ad nos tandem trahamus: multos enim uidere licet, qui ab initio recta feli citer incedunt, post pauca uero à uana gloria omnium bonorum consiliorum peste in transuersum aguntur.

In secundis ex aduersis aliorum, nū aliter se geret, quam si sibi ipsi accidissent: si alijs secunda euenerint, si bi euenisce putabit, æque si aduersa. Rem etenim publi cam unam, ueluti domum ac familiam, existimabit, inō unum corpus, in quo membra ita simul gaudent, mœrent, ac se mutuo iuuant, ut quicquid uni acciderit, omnibus acciderit.

Ad hunc modum gaudebit cum gaudientibus, flebit cum flētibus, omnium enim euentus suos putabit. Ade quod iuxta Senecæ uerbum cuius potest contingere quod cuiquam.

Neq; hos affectus, gaudiū ex mœorem, ita pre standos esse docemus, ut uulgo mos est: non enim uolumus, ut secundis rebus exultemus, et aduersis despere mus, sed posteaquā sine his alijs q; affectibus nunquā sumus: ita, si sapiamus, tempere mus, ut à decō ronu s quam recedamus. Gaudebimus ergo de aliorū felicita-

Gaudium ac
mœror quo-
modo mode-
randa.

te æque ac de nostra, nec aliter cōtristabimur, hoc est.
moderate omnia feremus.

A congressi-
bus publicis
non abhor-
tendum.

Ioan. 2. **U**ideam nuptiarū aliquādo partem nō ingratissimam
fuisse. Magis enim nobis probatur, si quod omnino
fieri oportet, in publico fuit, quām si in angulis aut ga-
neis: testiū enim multitudo quosdam uel hementius ter-
ret, quām propria mens: et omnino deploratus erit,
quem publicè indecōre se gerere non puduerit.

Ex publicis cōgressibus semper aliquid boni aufer-
re cōtendet, ne quemadmodum Socrates querebatur,
semper deterior domum redeat. Obseruabit, si quis in
publico uerecundē se gerat, et imitabitur: si contrā;
impudenter despuit.

Hoc autem cum ægre qui maturimi sunt, præstare
possint, suadeo quām rariſime fieri potest in publico
cōetus coire: et si omnino insaniam sociare oportet,
mox nos ipsos repetamus: desertioni facile prætexitur
causa, cui adquiescant iij, qui hōs bonis studijs semper
intentos esse norunt.

In rebus asperis, laxis, frenis adcurrere decet: hic
primū postremūq; esse præclarū est, hic tēdi nerui de-
bēt, considerari malū, tractari, amoueri, consiliū dari.

Parentes secundum immortalem Deum summo in
precio

precio habendos esse, apud infideles quoq; receptum est. His igitur ubiq; cedendum est. Et si quando se nō ex sententia C H R I S T I, quæ & nostra est, gerunt, non est importune illis obliquandū, sed quod dictū factū ue oportet cum mansuetudine summa proponendum: quod si recipere nolunt, potius deferendi sunt, quàm contumelia adficiendi.

Iram ex calida causa nasci perhibent Physici: cūq;
hæc ætas sit calidissima, diligenter ab illa cauendum
est, ne quicquam ex eius impulsu uel dicamus, uel aga-
mus. Suspectum esse debet quicquid in mentem uenit,
hoc adfectu feruente.

Calumnia, si deuorare præ amaritudine prorsus
nō possumus, ad iudicem aut magistratū referri opon-
tēt: nam conuitum pro conuictio reddere, & contume-
liam regerere in eum qui dedit, aliud nō est, quàm ta-
lem fieri, qualis is est quem damnas.

Lusus quum æqualibus suo tempore permittimus, Lusus docti.
sed doctos tantum, & ad corporis exercitium utilcs.
Docti sunt, certare numeris, quod Arithmetice docet:
aut locationibus, quod lateruncularum excursiones
& cunctamina, stationes quoque & insidie. Is enim
ludus præ omnibus docet, ne quid temere suscipia-
tur: modus tamen interim in eo seruandus est: fue-
runt enim, qui posthabitatis serijs huic uni hærerent.
Subcisiis tantum horis hæc obiter tractanda per-
mittimus,

mittimus. Talorum tabularumq; quas chartas no-
cant, ludos, iis h̄is annis relegamus.

Exercitatio
corporis.

Corpus exercebit, cursus, saltus, discus, palestra,
lucta (qua uero parcus ut endū est, nam sēpe in seriū
abijt) lusus apud omnes ferē gentes usitati, sed apud
maiores nostros, Heluetios dico, usitatissimi, & in ua-
rios euentus utilissimi. Natationes paucis uideo esse
proficuas, tametsi nōnunquā iuuet membra influmē
suspendere, piscemq; fieri: utiles tamen ad quosdā ali-
quando casus fuere, natauit ex Capitolio qui Camillo
nunciaret miserabilem auaræ Romæ statum. Clœlia
membrorum remigio ad suos remeauit.

Conuersatio uniuersasimul & oratio talis sit, ut
eos, quibus cum uiuimus, uiuent.

Alium si obiurgare oportet, tam cordate, tam sal-
se, tamq; festiuiter id fiat & consulte, ut uitium pro-
pellamus: hominem autem lucrifaciamus, arctiusq;
nobis iungamus.

Studium ue-
ritatis.

Veritatis studiū tam constans & unicū esse oportet, ut semper tum nostrum, tum aliorū sermonem ita
expendamus, ne quid doli commenti ue admixtum ha-
beat: debetq; bona mens non alia sibi causa magis dis-
plicere, quam si uel inuit& solummodo quiddam men-
dacijs excidiisse deprehenderit: taceo quanto illam de-
ceat pudore confundi, si se tam leuem ac uanam inue-
nerit, ut uel ipsa cudat, uel ab alijs cusaredat. Ve-
ritatem

ritatem enim quisq; cū proximo loqui iubetur. C H R I S T U S ueritas est. Christianum igitur oportet ueritatis esse tenacissimum. Vir duplice animo incōstans est in omnibus uis suis. Nihil tutò ei committi potest, qui lingua uariat. Oratio cordis est nuncius: proinde si hæc fuerit uana, mendax, inconstans, certissimum signum est peccus longe peius habere. Adde quod mēdium aliquandiu, sed perpetuo latere non potest. Unde stultum fuerit malitiā domesticam latendi sive, uel alere, uel solari.

Quod de ueritatis studio diximus, in actionibus cunctis obseruandum est, ne scilicet ficte quicquam agamus, ne frons, ne oculi alios se esse mentiantur quam cor ipsum, quod actionum omnium fons est.

Incessus quoq; ascitus, argumēti satis præbet, quælis uir sit, qui aliter incedit atq; ingenii flagitat: nempe uanus, ex mente prostibulari.

Quid multa? huc omne studiū accelerandum est, ut C H R I S T U M adolescens quam purissime hauriat: quo hausto, ipse sibi regula erit. Recte faciendo nunquam concidet, nunquam extolleatur, augescet quotidie. Sed sibi decrescere semper uidebitur: promouebit, at postremum se esse ducet omnium: bonum erga omnes operabitur, sed nō imputabit quicquā: sic enim C H R I S T U S fecit. Absolutus igitur erit, qui C H R I S T U M unice statuerit emulari.

Hec

Hæc sunt elegatiſſime Geroldi, quæ ad educādos
ingenuos adolescētes profutura auxīmus, quāuis ita
ſint cōfufe tradita, ut ne indicari quidem opus fuerit:
oculis enim omniū facile patet. Tu uero iſta tecū ſæpe
uoluta: & quod hic calamo rudi delineatū uides, mo-
ribus exprime: ita enim fiet, ut quæ hic ordine fermè
nullo effusa ſunt, tute factis in ordinē pulcherrimum
cogas, & huius formulæ ſpirans ac uiuum exemplar-
fiſ. Quim cōſtantius dicā, fieri nequit, ut nō aliquan-
do abſolutior euadas, quam nos uerbis adſequi potui-
mus, ſi modò neruos omneis iſtāter intēdas: id quod
ſupramodum proderit ad propellendum ocium: quo
quidā ex recepta, ſed pēſſima, cōſuetudine uſque adeo
impudenter in ipſo uitę limine torpent, ut uideantur
non aliud fieri cupere, quam fuci & uitiorū omnium
lernæ. Tibi autem utendum eſt (ut ille inquit) etate:
cito pede labitur etas. Nec bona tam ſequitur, quam
bona prima fuit. Christiani hominis eſt, nō de dogma-
tis magnifice loqui, ſed cum Deo ardua ſemper ac ma-
gna facere. Perge igitur optime adolescens, genus, for-
mam, patrimonium, quæ tibi omnia magnifica conti-
gerunt, hiſce ueris ornamentiſ clariora reddere: mi-
nus dixi, ſola iſta ornamēta putare, illa uero fortunæ
effe cognoscere, Deo Opt. Max. duce,
qui te in columnen feruet, Amen.

B I N S.

LOCORVM

LOCORVM ALIQVOT
EMENDATIOR LECTIO.

Pagina 30. uersu 9. totum. 32.15. superbire.
33.3. fit.35.12. dissyllabis.36. & 37.26. & 1. possint.
39.2. animo. 47.22. æque. & 25. mollicie. 48.9.
maxime. 49.21. exurit.50.10. moderationē.60.
24. iniuria.68.19. hilariter.69.5. peccatum.86.
21. moderatio.113.13. fortunæ.120.24. adeam.125.
4 . nimicteate.130.24. inferri.133.10. facinora. &
15. sapientissimis. & 16. exiguis.143.7. dorsum
156.19. necessitatibus.170.2. inuentione.175.2.
hortos.181.6. ἀγρούτης.183.2. fingentem.184.18.
δέσμαις παντάλωτερος.187.15. honores.197.18. perhi-
bentur.199.21. φίλω τι.202.23. Verū.203.16. Ma-
themata. & 24. λογίας.205.18. λευτερούτηρ.207.4.
iudicium. & 10. offuderunt. & 14. dialecticæ. &
15. ceu. & 21. Simplicius Peripateticus.213.21. re-
cte.217.3. pulcherrime.219.3. ἀφροδίτη.220.25. suis
228.10. uēdicat.229.19. refert.232.2. Mercurio.245
6. Chrysippo.249.11. omni. & 17. meditandæ.
252.15. poëtice.255.10. obsoluerant.262.22. paren-
tes.263.29. præcipites.273.6. nomini.274.19. ἵπ-
κοφούντωρ.277.11. γενε.282.9. μόθωρ.286.17. uendi-
cat. 287.17. φεύρεσιμ.293.18. πρίωρ.294.13. pariter.
& 16. pateant.344.13. emollientur.345.6. acci-
dunt.350.17. postea.351.14. Perottus.353.9. edidi-
ceris.355.7. αντίθετ.358.21. Næ.360.5. thematis.
& 12. proponat.361.12. crepidam.362.12. Simpli-
cior.

cior est. 363. 12. possunt. & 25. sermocinationem.
368. 3. pleriq. 369. 21. assidet. 370. 11. in syncera.
372. 13. argutam breuitatem. 378. 24. sit iuspicien-
dus. 379. 17. sordium. 393. 5. adiecit. 394. 5.
inobedientiam. 399. 3. in auto-
ratos, Deum;

BASILEAE, PER BALTHA-
SAREM LASIVM, MENSE
MARTIO, ANNO
M. D. XXXIX.





